208
F664

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/florilegium-patristicum_1933_6

Florilegium Patristicum
tam veteris quam medii aevi auctores complectens

Ediderunt

Bernhardus Geyer
S. Theologiae Doctor,
in Universitate Bonnensi Professor ordinarius

et

Johannes Zellinger
S. Theologiae Doctor,
in Universitate Monacensi Professor ordinarius

Fasciculus VI

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXXIII

Quinti Septimii Florentis Tertulliani

Apologeticum

Recensuit adnotavit praefatus est

Josefus Martin
Dr. phil. et in Universitate Wirceburgensi Professor ordinarius

ALMA COLLEGE
208
LIBRARY
F664
Alma, California

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXXIII

Imprimatur Coloniae die 12. Aprilis 1933. Dr. David Vicarius generalis.

PRAEFATIO.

Q. Septimi Florentis Tertulliani *Apologeticum* qui inscribitur liber, quo primus latinam Christianae doctrinae contra paganos scripsit defensionem [1], omnium fere nunc doctorum opinione compositus est post duos ad nationes libros anno CXCVII exeunte, id quod efficitur cum ex c. 4, 8 tum ex c. 35, 11; quod enim Tertullianus illo loco Septimium Severum constantissimum principem appellat, id scribi non iam potuit, postquam ille circiter anno CCII christianos persequi coepit, altero autem loco victoria, quam a. d. XI Kalendas Martias anni CXCVII idem imperator prope Lugdunum ab Clodio Albino, Britannicarum legionum duce, reportaverat, ut modo parta et vexatio adsectatorum Albini victi ut „post vindemiam parricidarum racematio superstes" commemorantur.

Hic Tertulliani liber non solum inter ipsius opera principem obtinet locum, sed omnium omnino quas veteres scripserunt christianorum defensiones fastigium cepit. Iam Graeci enim quidem et libellis ad Graecos datis impugnaverant paganorum religiones scientias mores christianorumque defenderant doctrinam atque prae idolorum cultu laudaverant [2] et ipsum imperatorem adierant sive libellis ad Caesarem compositis sive orationibus, quibus apud illum se christianorum

---

[1] Sententiarum locutionumque similitudinem Apologetici cum Minucii Felicis Octavio viri docti alii ita explanare conati sunt, ut communem utriusque operis statuerent fontem, alii rectius alterum scriptorem altero usum esse censerent; sed utrum Minucius imitatus sit Tertullianum an hic illum, adhuc dissentiunt. Quae in utramque partem disputata sunt, contulit J. P. Waltzing, Musée Belge 6 (1902) 216 sqq. et Studia Minuciana, Louvain-Paris 1906 et in editione Minucii Felicis, Société St. Augustin 1909 itemque J. Révay in Musée Belge 16 (1912) 121—126. Addo recentiora: R. Heinze, Tert. Apologeticum, Ber. über d. Verhandl. d. K. sächs. Ges. d. Wiss. zu Leipzig, phil.-hist. Kl. 62 (1910) 281 sqq;. F. Ramorino, Minucio Felice e Tertulliano, Didascal. 1 (1912) 125—137; F. di Capua, Didasc. 2 (1913) 1 sqq.; Stiglmayr, Ztschr. f. kath. Theol. 37 (1913) 221 sqq., W. A. Baehrens, Hermes 50 (1915) 456 sqq.; J. P. Waltzing, Musée Belge 25 (1921) 189—196; Th. Reinach, Rev. hist. litt. rel. 1921, 59 sqq.; J. G. Ph. Borleffs, Musée Belge 26 (1922) 229—250; De Tertulliano et Minucio Felice, Diss. Groningen 1925; Hinnisdaels, L'Octavius de Min. Fel. et l'Apolog. de Tert. Brüssel 1924; Musée Belge 28 (1924) 25—34; A. Gudeman, Phil. Wo. 44 (1924) 90—92; 46 (1926) 1067—1071; Philolog. 82 (1926/27) 351—359; S. Colombo, Didascal. NS. 3 (1925) 45—62; H. v. Geisau, Philol. Wo. 45 (1925) 668—671; G. Meyer, Philolog. 82 (1926/27) 67—83; G. de Sanctis, Riv. di filol. class. NS. 5 (1927) 233—235; H. J. Baylis, M. Fel. and his place among the early fathers of the Latin church, London 1928; H. V. M. Dennis, Americ. Journ. of Philol. 50 (1929) 185 usque 189.

[2] Justinus, Tatianus, Miltiades, Apollinaris, Irenaeus.

causam agere simulabant [3], nemo tamen defensionem susceperat ad normam iuris. Et Tertullianus Graecos secutus scripsit et „Ad nationes“, id est paganos et quidem Graecos et Latinos, pugnaces et quasi bellatorios duos libros, quibus magis adversarios adgreditur nixus philosophia et arte rhetorica quam christianos defendit, et defensionem, cui libro Apologetico nomen est, neque tamen eam in libello misit ad Caesarem, sed omnes, ut erat orator et causidicus, oratoriae facultatis aperiens artes oratione ad consuetudinem iudiciorum instituta argumentisque ex iuris disciplina petitis plene peroravit causam in illo libro demonstraturus sectam christianorum iure esse tolerandam ipsosque de eis potissimum incusationibus defensurus, quae spectant ad rem publicam, de neglectu enim deorum Romanorum et de crimine laesae maiestatis.

Quia autem causam suam defendere apud iudices christianis non licuit, in praefatione orationis scriptae non habitae causam profert nullam sibi datam esse occasionem audiendi. Christiani enim ut exciderentur aut ne increbrescerent, secta eorum per se ipsa ne esset cautum erat legibus [4], quibus quomodo esset utendum codicillis imperatorum praescribebatur. Sic Traianus quidem per Plinium Secundum legatum pro pr. Bithyniae provinciae quomodo in christianos consuleret rogatus rescripsit conquirendos eos non esse, si tamen deferrentur et arguerentur iustis libellis nomine addito, esse puniendos; qui negavissent se esse christianos diisque supplicassent, quamvis suspecti in praeteritum veniam impetrarent [5]. Christiani igitur ex his legibus solius nominis causa non propter flagitia quaedam, quae nomini cohaerere putabantur, indicio facto in ius rapiebantur neque, quia in hac re neque de delicto quaerebatur neque innocentia erat purganda, accusatio peragebatur apud iudices aut causae dictio erat concessa, immo reus, si confessus fuerit se esse christianum, capitis damnabatur aut si causa inciderit ad metalla condemnabatur aut in insulam relegabatur aut si fuerit christiana deducebatur in lupanar.

Adloquitur autem Tertullianus imperii Romani antistites vel praesides provinciarum, penes quos erant actiones in christianos, omnes, non solum e. g. proconsulem Africae vel etiam senatum Romanum, quod false dicit Eusebius h. e. 5, 5, 5; ex quo elucet Tertullianum librum suum non solum in patria voluisse divulgari: et ad Graecos pervenit ex Latino in Graecum versus, qui honor, quod sciamus, perpaucis tantum priorum saeculorum scriptis christianis contigit.

Operis autem optime dispositi [6] ineunte capite quarto argumenta-

[3] Melito (cf. Euseb. h. e. 4, 26), Justinus, Athenagoras.

[4] haud scio an senatus consulto; Neronem primum in christianos saevisse testatur Tertullianus apol. 5, 3. Scorp. 15.

[5] Plin. ep. 10, 96. 97.

[6] de hac re luculentissime disputavit R. Heinze l. c.

tionem et divisionem Tertullianus ipse illustravit his verbis: „Atque adeo quasi praefatus haec ad suggillandam odii erga nos publici iniquitatem iam de causa innocentiae consistam nec tantum refutabo quae nobis obiciuntur, sed etiam in ipsos retorquebo, qui obiciunt . . . Respondebimus ad singula, quae in occulto admittere dicimur, quae palam admittentes invenimur, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus inridendi deputamur.“

Exordiens (c. 1—3) igitur Tertullianus praecepta rhetorica secutus fusius conqueritur de actione in christianos solita et de iniquitate odii erga nomen christianum minimeque legitimam esse docet rationem in christianos agendi, cum iudices damnent antequam cognoverint, cum leges eos conquiri vetent inventos necari iubeant, torqueri non ut confiteantur, sed ut negent.

Sequitur *partitio* et *propositio* ineunte capite quarto. Tum (c. 4, 3 usque c. 6) Tertullianus *praemunitione* quadam malam et iniustam esse legem contra christianos demonstrat ideoque abrogandam et posse abrogari ut malam legem, si quidem Romani bona maiorum instituta tot totiensque aboleverint.

Expositio ipsa (c. 7—45) duas partes amplectitur; priore parte (c. 7—9) refelluntur facinora occulta, quae admittere dicuntur christini, ac primum quidem (c. 7) ut incerta tantum fama prodita: neque enim esse flagitia, quae ne iudices quidem ipsi eruere audeant, neque quemquam umquam facinori cuidam supervenisse aut vestigia deprehendisse neque cum invenerit pecunia corruptum celasse, neque proditione in lucem prolata esse flagitia neque proferri potuisse, cum initiorum conscii, si prodant, humanas divinasque sibi contrahant poenas, profani autem severissime arceantur; famae vero soli christianorum facinorum indici, quia malae, minime esse credendum. Tum (c. 8) examinans ipsa facinora demonstrat prorsus ea esse incredibilia. Postremo (c. 9) quae falso de christianis produntur crimina in ipsos paganos retorquentur.

Altera parte ampliore (c. 10—45) refutantur crimina manifesta, crimen sacrilegii enim, quia christiani deos Romanos non colant, et laesae maiestatis, quia in Caesares sint inreligiosi.

Ac primum quidem (c. 10—27) in his criminibus refutandis Tertullianus demonstrat iustissime christianos spernere vanos deorum Romanorum cultus, qui nunquam fuerint nisi homines singulari potestate (c. 10. 11), quorum mortuorum simulacra eadem qua vascula instrumentaque communia materia frigida nihil sentirent, nihil valerent (c. 12). Et paganos ipsos deos suos non vere colere, sed neglegere et inludere (c. 13—18). Huic paganorum inreligiositati opponit christianam doctrinam disciplinamque, quam defendendam suscipit (c. 16 usque 23); neque enim christianos, ut pagani putent, asini caput colere

neque crucem aut sol aut numen aliquod biforme (c. 16), sed unum deum verum (c. 17 - 20) eiusque filium Christum (c. 21); nosse autem eos et daemonas, qui divina maiestate sibi nuncupata decipiant homines falsis prodigiis praestigiisque, ut accipiant hominum supplicationes. Crimen verae inreligiositatis orator itaque in ipsos paganos retorquet (c. 24); proinde dici non posse Romanos pro merito religionis diligentissimae in tantum sublimitatis esse elatos, immo de inreligiositate magnitudinem imperii eis provenisse (c. 25. 26); hanc partem claudit c. 27.

Deinde (c. 28—45) de crimine laesae augustioris maiestatis agens Tertullianus christianos imperatoribus sacrificia denegando laedere maiestatem negat, quia daemones, quibus sacrificetur, in Caesaris ipsius potestate sint neque salutem ei inpertire possint, contra christianos pro salute imperatoris invocare deum verum affirmat. Praeterea rationem vivendi christianorum minime excitare incommoda imperio Romano; coetus enim antelucanos destinatos esse lectioni sacrarum scripturarum orationi adhortationi mutuae; nunquam eos conspirasse in cladem imperii neque a deo iussos inimicos quoque diligere esse eos hostes publicos, quamvis pro multididine possint ad ulciscendam iniuriam adversus Romanos dimicare, si velint. Porro iniuste christianos dici infructuosos in negotiis, qui cum paganis artes et commercia misceant, opes vectigalia vires imperii augeant; solos igitur innocentes eos non negotiis, sed sceleribus infructuosos ob nullam aliam causam damnari, nisi qua christiani.

In *peroratione* (c. 46—50) denique Tertullianus contendit christianorum disciplinam non esse philosophiae quoddam genus, philosophos vero a christianis eorumque libris sacris verioribus et antiquioribus quam ipsorum philosophorum permulta mutuasse, quae pagani in philosophis quidem laudent, in christianis condemnent aut inridenda censeant; inprimis doctrina de resurrectione carnis ridicula esse refutatur (c. 48—49). In ipso epilogo vero (c. 50) probari doctrinam christianorum eo ipso praedicat Tertullianus, quod christiani divino spiritu inpulsi omnes cruciatus, ipsam mortem potius pati sint parati pro fide quam Christum abnegare, quae mors non clades, sed victoria sit. Cuius obstinationis contemplatione paganos inpelli debere ad requirendum, quid intus in re sit.

Iam veniam ad codices aliaque subsidia quae ad textum Apologetici emendandum praesunt. Desideratur quidem Apologeticum in vetustissimo codice Agobardino, sed tot libris manuscriptis ad nos pervenit, quot nullus alius Tertulliani liber, et duplex quidem eius extat recensio, altera quae dicitur vulgata (V) permultis codicibus tradita, altera ex indiculo tantum lectionum variantium Fuldensis
F (F) cuiusdam codicis deperditi per Modium patefacta.

Vulgatae recensionis codices alii Apologeticum inter alia Tertulliani scripta continent, alii illum librum solum. Illorum est praecipuus cod. Montepessulanus H 54 (M) bibl. scholae medic. ex libris M
collegii Oratorii Trecensis, olim Petri Pithoei, a quo in bibliothecam municipalem Montispessulani pervenit. Hic codex grandis membranaceus saec. XI in 1213 columnis exaratus post sex alia scripta Tertulliani (de patientia, de carne Christi, de carnis resurrectione, adv. Praxeam, adv. Valentinianos, adv. Marcionem lib. V) ultimo loco (col. 1119—1213) continet Apologeticum, iudicio Aemilii Kroymann (CSEL XXXXVII praef. XV) a saeculi duodecimi manu scriptum, sed mutilum; perierunt enim quae erant post c. 39, 3 „inculcationibus densamus". Usus est hoc codice in editione sua Tertulliani Rigaltius, Franciscus Oehler eum non contulit, sed Gerardus Rauschen excussit eum ad verbum „magno", ut dicit, „labore, sed lucro minimo; nam textus, quem librarius prae manibus habebat, minoris notae erat et innumeris locis ipse librarius, quae transscripsit, non intellexit". Patefecit huius codicis lectiones J. P. Waltzing in commentariis, qui dicuntur „Le Musée Belge" XVI (1912) 181 sqq., ex quibus ipse eas exscripsi. Deducendos autem esse cum alios omnes qui hodie supersunt saeculi et undecimi et quinti decimi codices tum Montepessulanum ad archetypum olim in bibliotheca coenobii Cluniacensis servatum, nunc deperditum, qui quae continuerit ex vetere illius bibliothecae catalogo (Delisle, Inventaire des manuscrits de la bibliothèque nationale) patet, docuit Kroymann.

Qui Apologeticum tantum continent codices quattuor adservantur in bibliotheca nationali Parisiensi, Parisinus lat. 1623 (P), P
membranaceus saec. X pulcherrime exaratus, olim Claudii Puteani, quo usi sunt Pamelius Heraldus Rigaltius, Parisini lat. 1656 (B) saec. XII, 1689 (C) saec. XV, 2616 (D) saec. XV optimae notae BCD
liber, ut ait Oehler (praef. X) et qui vix Parisino 1623 cedat, iudicio tamen Rauschen nullius fere pretii, cum erroribus et negligentiis scateat; idem iudicium fert Rauschen de BC. Lectiones Parisini 1623 J. P. Waltzing in supradictis commentariis publicavit, reliquorum eorumque qui sequuntur lectiones ex adnotationibus Oehlerii exscripsi. Accedunt enim

cod. Gothanus bibl. ducalis n. M. 15 (G) membranaceus saec. XIII G

cod. Erlangensis, olim Heilsbronnensis, (E) membran. saec. XV E

cod. Leidensis n. 315 saec. XV (L) L

cod. Petropolitanus quidam saec. IX, vetustissimus Apologetici codex, quem tamen nemo adhuc diligentius excussit; nonnullas eius lectiones protulit A. Staerk, Les Manuscrits

Latins du V. au XIII. Siècle conservés à la Bibliothèque Impériale de Saint-Pétersbourg, St. Pétersbourg 1910.

Omissis aliis vulgatae recensionis codicibus ad deperditum codi-
F cem Fuldensem (F) venio. Franciscus Modius autumno anni 1584
Fuldae commoratus bibliothecam illam excussit cumque alios co-
dices tum Tertulliani Apologeticum et adversus Judaeos continen-
tem contulit nunc deperditum lectionesque variantes ab editione per
Barraeum instituta conscripsit. Qui indiculus per Marcum Welser et
Gasparum Schoppium pervenit ad Franciscum Junium Leidensem,
qui illas addidit in appendice volumnis II editionis Tertullianorum
operum, quae ab illo adornata anno 1597 Franekerae prodiit. Indiculum
ipsum typis exprimi iussit J. P. Waltzing in commentariis supradic-
tis iterumque in libro suo Le Codex Fuldensis de Tertullien (Bibl. de la
Faculté de Philosophie et Lettres de l'Université de Liège fasc. XXI),
F 1 Liège 1914—1917 (F 1). Alterum autem fragmentum Modianae col-
lationis detexit Henricus Hoppe in codice quodam bibliothecae civi-
F 2 cae Bremensis (F 2) deficiens c. 15, 8 „repercus" his verbis: *cetera vide
in editione Juniana.* Quod fragmentum cum Junii lectionibus si
compares, invenies hunc interdum quaedam omisisse, interdum haud
diligenter descripsisse.

Omisit enim F 1 c. 1, 1 hîc deperit; 1, 6 obsessam vociferantur civitatem; etiam dignitatem transgredi; 2, 4 confesso eo nomen; 2, 15 servate legem. Corriguntur autem menda collationis Junianae codice Bremensi, quem ipse inspexi[7], his locis: c. 1, 12 christianus F 2 christianos F 1; 2, 6 atqui F 2 atque F 1; 2, 12 cum quasi F 2 cum *om.* F 1; 2, 14 adversus F 2 adversatur F 1; 6, 4 adeo vino F 2 a vino F 1; 6, 7 cum mysteriis F 2 tum myst. F 1; 7, 7 et ab arbitris F 2 etiam ab arb. F 1; quia velox F 2 an quia velox F 1; 9, 10 secatos F 2 secator F 1; de rigulo F 2 de iugulo F 1; 9, 11 ructuatur F 2 ructatur F 1 (cf. 23, 5); 9, 18 sparsum F 2 spersum F 1; 10, 2 apud nos F 2 apud vos F 1; 10, 8 imagines et F 2 imagine et F 1; 12, 7 aranei F 2 araneae F 1; 14, 6 vera F 2 vero F 1. Quae cum ita sint, valde dolendum est non totam collationem Modianam in codice Bremensi esse descriptam.

Fuldensis recensionis maxime adfine est aliud fragmentum in
codice XCV bibliothecae Turicensis saec. X, olim Rheinaugien-
R sis (R) qui cum alia varia excerpta continet tum fol. 175—184
Apologetici capitula 38—40, 2 „tantos ad unum". Edidit autem colla-
tionem codicis Rheinaugiensis Alexander Souter in Journal of Theolo-
gical Studies 8 (1907) 297—300 et J. P. Waltzing in libro laudato Le
Codex Fuldensis p. 483 sqq.

[7] Vulgavit hoc fragmentum J. P. Waltzing, Les trois principaux manuscrits de l'Apologétique de Tertullien, Publications du Musée Belge N. 37, Louvain 1912.

De origine et fide utriusque recensionis inter viros doctos multum, ne dicam nimium, disceptatum est. Vetustiores enim et critici et editores omnes paene recensionem vulgatam secuti sunt praeter Nicolaum Rigaltium (Parisiis 1634) et Sigismundum Havercampium (Lugduni Batavorum 1718), quos Oehler (praef. XIX) increpat, quod Fuldensibus et vulgaris cuiusque generis codicum scripturis commixtis pannos consarcinare quam integrum opus reficere maluerint; recentiores plane dissentiunt. Aemilius Kroymann enim (Quaestiones Tertullianeae criticae, Gottingiae 1893, 14) Fuldensem inferiorem esse iudicat recensione ceterorum codicum, Guielmus Hartel (Patristische Studien II, Sitzungsber. d. Wien. Akad. phil.-hist. Kl. 121, Vindobonae 1890, 21) ex libris ad nationes retractatum esse censet, C. Callewaert (Le Codex Fuldensis le meilleur manuscrit de l'Apologeticum de Tertullien, Rev. d'hist. et de litt. religieuses 7, Paris 1902, 322 usque 353) codice Fuldensi solo genuinum et authenticum textum Apologetici ad nos pervenisse contendit, Vulgatam vero recensionem postero tempore confectam interpolasse verum textum, ut stilus Tertulliani dilucidior et planior fieret. Cui sententiae adstipulatus est J. P. Waltzing et in editionibus suis et in libris supra laudatis, nec et Einar Löfstedt (Tertullians Apologeticum textkritisch untersucht, Lunds Univ. Årsskrift 1915; Kritische Bemerkungen zu Tertullians Apologeticum, Lunds Univ. Årskrift 1918), qui tamen in utendo codice Fuldensi cautione opus esse monet propter solita librarii menda et doctas, quamvis paucas, interpolationes. Gerardus Rauschen in libello „Prof. Heinrich Schrörs und meine Ausgabe von Tertullians Apologetikum, Bonn 1914" mediam fere opinionem propugnavit et in editione sua secutus est, postea vero (Florilegium Patristicum XII, Bonnae 1919) sententia mutata ad Callewaertium se convertit.

Fuere autem etiam, qui putarent utriusque recensionis textum ab ipso Tertulliano esse profectum. Quod iam Havercampius et Oehler suspicati erant [8], id argumentis fulcire conatus est Henricus Schrörs in libello, cui titulus „Zur Textgeschichte und Erklärung von Tertullians Apologetikum", (Texte und Untersuchungen 40, 4, Leipzig 1914), neque tamen feliciter, ut erat parum sermonis Tertullianei peritus. Hanc sententiam ab aliis reiectam [9] G. Thörnell, qui antea (Eranos 16, 1916, 82—160) utramque recensionem ex aequo adhiberi opus esse statuerat, nova ratione probare studuit in „Studia Tertullianea IV" (Upsala Univ. Årsskrift 1926). De ratione sua, quae oritur ex eo, quod idem interesse intellexit inter libros ad nationes

[8] itemque J. P. Waltzing, Musée Belge 16 (1912) 186, et Aem. Kroymann, Rhein. Mus. 68 (1913) 138.

[9] e. g. R. Heinze, Deutsche Litztg. 1917, 611; E. Löfstedt, Gött. gel. Anz. 1915, 177.

et Apologeticum atque inter Fuldensem et Vulgatam, cum ille habeat lectiones rudiores et obscuriores, haec elegantiores dilucidioresque, audias ipsum (p. 8): „Quod si illos locos Apologetici, ubi recensiones consentiunt, cum locis gemellis librorum ad Nationes comparaveris, eiusdem generis vel similem discrepantiam inter eos invenias atque inter diversas Apologetici recensiones; scilicet in opere ad Nationes, ut prius confecto, rudioris esse orationis formam, in Apologetico vero, ut posterius elaborato, expolitiorem. Rursus si eos Apologetici locos, ubi discrepant recensiones, comparaveris cum locis operis ad Nationes gemellis, reperias Fuldensem saepius cum his facere quam Vulgatam ... Ego illud nostrae opinioni bene concinere contenderim; consentaneum est enim Tertullianum in altera Apologetici editione saepius ab eo, quod bis antea scripserat, paulum discessisse, quam ad id, quod iam mutaverat, revertisse; quamquam hoc quoque illum interdum minus constanter fecisse nihil est cur miremur. Nonnullis vero locis gemellis omnes textus illi, et ad Nationes et Fuldensis et Vulgata, paulum inter se discrepant, et quidem, ut progressus quidem in corrigendo scriptoris, magis magisque opus suum limantis, cerni possit.“ In illis quoque locis Fuldensis recensionis in postrema parte libri, qui vel a propugnatoribus Fuldensis reiecti sunt, vestigia quaedam sermonis Tertullianei agnosci putavit. Quo adductus est, ut textum Fuldensem rudem quandam atque inchoatam exhibere operis formam neque ab ipso auctore, sed ignaro eo vel invito editum esse censeret. Surripuisse autem priorem formam Apologetici eundem fratrem fraudulentum, dehinc apostatam, quem Tertullianus ipse adv. Marcionem I praef. (290, 5 sqq. K) primum opusculum adv. Marcionem invito se descripsisse et publicasse queritur.

Sententiam a Thörnell prolatam probavit Henricus Hoppe, vir sermonis Tertullianei peritissimus iussuque Academiae Vindobonensis Apologeticum editurus (Gnomon 5, 1929, 559; Beiträge zur Sprache und Kritik Tertullians, Lund 1932). Sed ratio, quam adhibet Thörnell, tum demum mea sententia liceret, si de Apologetico bis edito iam constaret, neque convenit eius sententiae et quod hic illic nonnulli vulgatae recensionis codices cum Fuldensi congruunt, quare G. Pasquali (Studi italiani di filog. class. NS. VII, Firenze 1929, 52) eorum archetypum cum Fuldensi contaminatum esse putavit, et quod Apologetici versio Graeca, qua usus est Eusebius, et versio Latina historiae Ecclesiasticae Eusebianae a Rufino confecta in eis partibus, in quibus Rufinus archetypum Latinum non versionem Graecam Eusebii sequitur [10], et Cypriani libellus *quod idola dii non sint* et Minucius Felix et Lactantius modo cum codice Fuldensi modo cum Vulgata

[10] cf. A. v. Harnack, Die griech. Übersetzung des Apologeticus Tertullians, Texte u. Unters. 8, 4 (Leipzig 1892).

faciunt. Philologi fuit ante omnia ipsam codicis Fuldensis naturam atque indolem explanare et eruere, quae erant in Fuldensi, quae Junius vel typographus erraverint.

Docuit enim Löfstedt [11] codice Bremensi nisus c. 4, 2 in Fuldensi fuisse *admittentes inveniuntur*, non cum Junio *adinveniuntur*, itemque c. 10, 2 „*desivimus* et statim *cognovimus*" in collatione legendum esse, non cum Junio *desinimus et statim cognorimus* Fuldensem habuisse putare; verba „et statim" enim Modii esse, non codicis. Löfstedtii rationem sectus Leo Wohleb [12] c. 32, 2 *sed et sicut iuramus* legendum esse mihi persuasit pro „sed et sic (fuisse enim apud Modium sic.) iuramus" in collatione Juniana. Addo c. 12, 4; hoc loco enim post „*eraditis*" legitur in collatione Juniana et Bremensi: „et mox: propter istos deos glutinum et gomphos ms. *glutini et conphos*" (*corephos* Junius); legendum autem est „et mox: *propter istos deos.* -- glutinum et gomphos] ms. etc., i. e. *propter istos deos* adnotatur ad 12, 3 propter istos deos. Ne offendaris versuum ordine mutato, et c. 5, 3 *aliquod grande* in codice Bremensi ante *tali dedicatore* ponuntur. C. 14, 2 vulgata habet „quod filium suum Aenean paene interfectum ab eodem Diomede rapere vellet", apud Junium autem legitur: „quod filium suum] *cum filium suum Aeneam, ne interimetur, rapere voluisset.* ms. habet". Omisit autem totam sententiam editio Rigaltiana, Modius ergo voce „habet" testari velle videtur eam extare in Fuldensi dirimendamque puto adnotationem ita „*cum filium suum Aeneam, ne interimetur*" et „*rapere voluisset* ms. habet"; non igitur dicit Modius in Fuldensi omissa esse „ab eodem Diomede". „Paene" autem, quam vocem vulgata exhibet, dittographia post „Aeneam" ortam esse verisimile puto et „(a)beodem" prius false intellectum et postea correctum esse recta voce „Diomede", ita ut legendum sit „ne interimetur a Diomede". Similiter c. 22, 6 sq. tractandam esse puto adnotationem Junianam; habet enim: „procuret, simulacris] ms. *curet, sim. et imaginibus. et quae illis* etc." Videtur igitur vox „oblata", quae vulgata inter „imaginibus" et „et quae" habet, in Fuldensi non fuisse; sed voluit Modius adnotare in Fuldensi legi „curet", non „procuret" et „simulacris et imaginibus", ubi vulgata „et" omisit; verbis „et quae illis etc." autem nova incipit adnotatio, i. e. Fuldensem vocem „oblatam" omisisse Modius non testatur. C. 41, 2 Junius habet „si quidem et ipse patiatur] ms. *qui et ipse patitur*", vulgata „si quod et ipse patiatur"; Modii intererat adnotare lectiones varias ad voces „quidem" et „patiatur", ut e. g. etiam c. 1, 8 ad „propius expediri" solum „experiri" et 6, 1 ad „protectores et cultores" solum „et ultores" adnotavit;

[11] Tertullians Apologeticum 70 sqq. 82.
[12] Berl. Phil. Wochenschr. 36 (1916) 544 sqq.

fuit igitur in Fuldensi „si qui" pro „si quod", quae voces saepius inter se commutari constat. C. 42, 9 ad lectionem vulgatam „sed cetera vectigalia" Junius exhibet „*sed et cetera vectigalia laeduntur. sufficit, si cetera*", legendum autem est „*sed et cetera vectigalia* laeduntur (leguntur?), sufficit *si* (sed?) *cetera*" i. e. in Fuldensi erat „sed et cetera vectigalia", quae sequntur, sunt Modii.

C. 48, 2 collatio Modiana plane discrepat a vulgata verbis non sensu. Qui locus grande adminiculum eis, qui bis editum esse Apologeticum putant, desinit in „*aut aliud factae* (animae) *non erunt ipsae aut manentes ipsae non erunt aliunde*". „Aliunde" voce quia antithesis depravatur sensusque multo obscurior fit, Thörnell [13] mutavit in „aliud" rectissime, ut mihi quidem videtur. Scripsisse autem Modium mihi persuasi „*aliud*: aliunde" indicans totum locum „*quasi non — aliud*" aliunde, non ex Apologetico esse sumptum; Tertulliani autem esse, cum plane sermonem eius redoleat, Thörnell [14] defendit. Quare, cum extremo capitulo antecedente Tertullianus de paradiso agat, haud inverisimile mihi videtur quae in collatione Modiana leguntur desumpta esse ex deperdito ipsius libello de paradiso. Modium non solum ex Apologetico lectiones adnotasse, ad id haud scio an spectent illa Junii in praefatiuncula: „Est autem haec accessio variantium lectionum in Apologeticum et librum adv. Judaeos indiculus, quas ex mss. membranarum collatione . . . praesertim ex ms. Fuldensis συμβολῇ . . . Modius observaverat". Certe alius locus non est Tertulliani, illud quod dicitur Fragmentum Fuldense in c. 19 insertum. Quod Tertulliani esse censent et Waltzing et Thörnell, alii alia iudicaverunt [15], Wohleb [16] Tertulliano abiudicavit et hoc quidem rectissime; in § 6 Fragmenti enim est: „Gloriae homines si quid invenerant, ut proprium facerent, adulteraverunt", quibuscum verbis compares c. 47, 3 „dum ad nostra conantur et homines gloriae, ut diximus, et eloquentiae solius libidinosi, si quid in sanctis offenderunt digestis, pro instituto curiositatis ad propria verterunt". Auctorem hunc locum imitatum non intellexisse genetivum „gloriae" pendere a voce „libidinosi" recte statuit Wohleb neque ullius momenti sunt, quae Löfstedt [17] oblocutus est; cum enim ratio aliqua intercedat

---

[13] Studia Tertullianea IV 135.
[14] Eranos 16 (1916) 156 sqq.
[15] J. P. Waltzing, Le codex Fuldensis 470 sqq.; Thörnell. Studia Tertull. IV 141 sqq.; P. de Lagarde, Septuagintastudien, Abhdl. d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 37 (1891) 73 sqq., fragmentum illud esse apologiae ante Tertullianum ortae, eandem sententiam profert O. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. 2, 355; apologiae Tertulliani supplementum esse postea additum, ne careat subsidiis chronologiae, censuit J. Geffcken, Zwei griech. Apologeten, Leipzig 1907, 286, 1. Cf. etiam Heinze, Tertullians Apologeticum 385 sqq.
[16] Berl. philol. Wochenschr. 36 (1916) 1635 sqq.
[17] Kritische Bemerkungen zu Tert. Apologeticum, Lund 1918, 10.

inter illos locos ita, ut alterum auctorem alterum imitatum esse negari non possit, nihil valet „gloriae" etiam ut genetivum qualitatis intellegi posse, qualem legimus apud Tertullianum de an. 1 „gloriae animal", mirumque esset, si Tertullianus ipse, quae prius scripserat, postea hoc modo supplevisset, ut genetivus, qui antea erat qualitatis, subito mutaretur in genetivum pendens ab adiectivo. Et alio quoque loco auctor fragmenti non intellexit, quae Tertullianus scribere voluit, sed respexit Theophili (cf. adnot. ad locum) verba et cum Tertulliani confudit. § 8 * enim legitur: „eadem voces praedicaverunt utramque partem, eadem litterae notaverunt". Animadvertas et c. 20, 4, unde fluxit haec sententia, codices habere „quis cum illis, quae cotidie probantur, praedicabantur (FEM praedicebantur *rell.*); eadem (FPBM eaedem DEG) voces sonant, eadem (F eaedem V *ut videtur*) litterae notant, idem spiritus pulsat, unum tempus est divinationi futura praefandi (*vel* praefanti)". Qua ex re igitur elucere videtur auctorem fragmenti libro quodam usum esse simili codici Fuldensi itemque lectionem „eadem . . . eadem" iam pervetustum esse mendum. Fragmenti autem sermo, quamquam vocabula nonnulla sunt eadem, a Tertulliano discrepans et ratio Tertullianum imitandi praefigendique causam disserendi eidem sunt, quibus utitur etiam auctor libelli „quod idola dii non sint". Certe non est Tertulliani, utrum autem Modius hoc et illum locum c. 48, 2, utrumque ab Apologetico alienum, in ipso iam codice Fuldensi invenerit in margine adnotatum an ex aliis nescio quibus codicibus sumpserit, non liquet.

Iam licet probare et Fuldensem et vulgatae recensionis codices ex uno eodemque fluxisse archetypo, id quod concludi potest ex communibus utrisque mendis. Sunt autem haec:

1, 11 dinumerant V enumerant F pro: quod enim erant.
17, 5 quia FV pro: quasi.
18, 3 deseritis FV pro: desertis.
2, 20 secundum locum gemellum ad nat. 1, 2 (62, 8 RW) scribendum est „Christianus [si] nullius criminis nomen est, [valde ineptum (F incestum V)], ⟨ni⟩si solius nominis crimen est". Verbis „valde ineptum" iudicavit lector quidam de prava paganorum sententia.
20, 4 eadem voces FV pro: eaedem voces.
21, 8 amatorem in auro conversum danaidis. Jovis et (*om.* V) ista sunt numina vestra FV; „Danaidis et Jovis" glossema sunt.
21, 14 qui penes vos eiusmodi fabulas aemulas (*om.* F) ad destructionem veritatis istius modi (V aemulas F) praeministraverint FV. Corrigitur autem verbis „istius modi" ante-

cedens „eiusmodi", quod est corrigendum, illa vero secludenda sunt; F verba false composuit.

23, 1 compara FV pro: compar PDG.

23, 13 negent Christum omnem ab aevo animam restituto corpore iudicaturum; dicant [hoc pro (*om.* F) tribunali], si forte, Minoen et Rhadamanthum . . . hoc (*om.* F) esse sortitos FV. „hoc pro tribunali" glossema [18], interpretans vocem „hoc" idem esse atque „iudicare animas" i. e. tribunal, e margine inrepsit, F suo loco „hoc" glossemate remotum omisit; id quod probatur loco gemello ad nat. 1, 19; cf. adnot. ad locum.

25, 7 terrae FV pro: terra.

25, 9 Laurentinae FV pro: Larentinae.

25, 12 cum post imperium sive adhuc (hoc F) regnum religio profecerit age iam rebus religio proficerit V; in F verba „age iam — proficerit" hoc loco omissa in fine § 11 leguntur ita „auctis age iam rebus religio profecerit". Apparet haec verba in margine archetypi esse addita, ex quo in F loco falso excepta sunt; adnotata autem erant in margine, corrigendi causa, quod primo „auctis (pro quo prave „age" scriptum erat) iam rebus" suo loco erant omissa; sic enim legendum esse elucet ex loco gemello ad nat. 2, 17 (132, 7 RW).

28, 2 quis enim ex viventibus [quilibet] non omni mortuo potior? FV; lector quidam suam ipsius sententiam „quilibet" addidit.

34, 2 tanto abest, ut imperator deus debeat dici, quod non potest credi, non modo turpissima sed et perniciosa adulatione V; in F verba „quod non potest credi" leguntur in fine sententiae, non post „dici", ut in V; sunt autem ut glossema eicienda [19].

37, 8 nunc enim pauciores hostes habetis prae multitudine christianorum paene omnium civium. Paene omnes cives christianos habendo sed (christ. hostes habendo F) hostes maluistis vocare generis humani etc. FV. Verba „paene omnium civium" idem significant quod „paene omnes cives christianos habendo", quam singularem constructionem explanare videntur; secludenda igitur sunt ut glossema.

39, 15 si aliis FRV pro: Saliis.

polincto lucitorum FR polinctorum V pro: polluctorum.

Erat in archetypo: luctorum
polinctorum.

46, 2 usui FV pro: usu; cf. Hoppe II 21.

46, 16 Ycthyas F icthydias V pro: Hippias.

---

[18] cf. 25, 3 praerogativa F pro gratia V.

[19] cf. 24, 5 si hoc putatis FV; 43, 2 quia forte non creditis.

Quin unus itaque codex pater utriusque recensionis fuerit iam nemo dubitabit. Neque tamen adstipulor Löfstedtio censenti Fuldensem meliorem exhibere textum, vulgatam vero esse de studio retractatum, ut planior fieret textus adaptareturque intellectui imperitiorum; ex natura enim archetypi intellegi possunt plerumque lectiones variantes. Nam ut omittam omissiones ex similitudine verborum incipientium vel cadentium ortas, menda ex similibus litteris male intellectis aut ex dittographia vel haplographia, quae in quolibet auctore vetere tradito apparent [20], permultae lectiones variae ortae sunt ex falsis, postquam correctae sunt, scripturis non deletis, ita ut in altero codice falsum aut rectum, in altero falsum et rectum legatur, ex titulis singulorum capitum [21] aut interpretationibus supra lineam sive in margine adscriptis, quibus in textum inrepentibus haud saepe genuina nonnulla verba suo loco remota sunt. Cuius rei exempla iam supra notavimus, pauca, ut ratio textus sequentis restituendi appareat, addam, e. g.
omissa vel correcta falso loco inserta:

3, 7 malum auctorem et malam sectam F malam sectam et ita malum et auctorem V.

5,7 exemplum Vespasiani in F ante Hadriani legitur.

7, 1 tenebrarum, [in] libidinum inpiarum ⟨in⟩verecundiam V.

10, 2 constaret [illos deos] esse. sed apud nos, inquitis, [dei sunt] ⟨constat deos esse illos⟩ F; verba „dei sunt“ correctione male inserta suo loco remota sunt.

16, 8 scriptor eisdem verbis claudentibus deceptus omisit „sipara illa vexillorum et cantabrorum stolae crucum sunt“; quae F descripsit post „laudo diligentiam“ Similiter

35, 5 in F verba „si nec (*ex* [celebra]ri nec) modestia nec verecundia nec pudicitia permittunt“ locum mutaverunt; duae lineae excidisse videntur, quae postea additae sunt [22].

21, 17 *scripsi* Quem igitur hominem solummodo praesumpserant de humilitate; sequebatur, uti magum existimarent de potestate, cum ille verbo daemonia de hominibus excuteret, ... mortuos denique verbo redderet vitae ... ostendens se esse ⟨et filium (filium et F) illum olim a deo praedicatum et ad salutem omnium (*clausulae causa transposui*; om-

[20] 12, 7 possumus enim V possumus autem F; 41, 4 quia haec V; qui autem F 48, 11 prima haec pars V prima autem pars F scriptor notis insularibus ħ (autem), ⁜ (enim) deceptus errasse videtur.

[21] 22, 12 quae effecerint F pro: quaereretur; 38, 4 et ampla negotia christiana V; 40, 15 a vobis deus neglegitur F.

[22] cf. 2, 5 post „comedisset“ ex § 10 F transposuit“ sed nec — agitis“ i. e. 44 litt.; 1, 8 quam inmusicos de musicis *om.* F. (22 litt.); 21, 18 multa — nam *om.* F (43 litt.).

nium salutem F) natum et⟩ verbum dei [id est λόγον] illud primordiale, primogenitum, virtute et ratione comitatum et spiritu fultum [eundem qui verbo omnia et faceret et fecisset]. — Omisit autem V „et filium — natum et", addidit in fine „eundem qui — fecisset". Quod comma ad deum patrem pertinet, non ad filium, certe „et fecisset" non quadrat ad Christum, p e r quem omnia fecit pater; „faceret" autem coniunctivus nihil aliud significare posse videtur nisi de Christo praedictum esse eum omnia verbo facturum esse, quod nemo unquam propheta praedixit. Id autem ipsum Tertullianus dicere vult Judaeos sapientia et intelligentia multatos non intellexisse Christum esse filium et verbum dei, qualem praedixerunt prophetae et qualem se ipse ostendit miraculis suis. Desideratur igitur in V significatio praedictionis, quae extat in F. Ad ea autem quae exciderunt in V cf. c. 21, 7 „venit igitur qui ad reformandam et inluminandam eam venturus a deo praenuntiabatur, Christus ille filius dei", Cypr. quod idola d. n. s. 11 (28, 6 H) „sermo et filius dei mittitur", Lact. div. inst. 4, 16, 4 sq. hunc locum imitatum „qua virtute ac iustitia quoniam Christus instructus venit in terram, . . . ut eam doceret hominemque formaret. quo magisterio ac dei legatione perfunctus ob eam ipsam virtutem . . . ab omnibus gentibus et meruit et potuit deus credi. ergo cum magnus populus ad eum vel ob iustitiam quam docebat vel ob miracula quae faciebat subinde conflueret et . . . a deo missum deique filium crederet, tum primores Judaeorum ac sacerdotes et ira stimulati, quod ab eo tamquam peccatores increpabantur . . ." Quare illa verba, quae in F extant, necessaria in V excidisse et per illa „eundem qui — fescisset" alieno loco inserta expleta esse videntur. „Id est λόγον" ut glossema seclusi; potius enim scripserit Tertullianus „λόγον id est verbum dei"; cf. adv. Prax. 5.

27, 5 et nequam tamen servi F ut nequam tamen et servi V; „et" pro „ut" correctum falso loco insertum est.

37, 4 „sola vobis reliquimus templa. ⟨possumus dinumerare exercitus vestros. unius provinciae plures erunt⟩. cui bello . . . F possumus — erunt *om.* V. Quae verba defendit Löfstedt cum Havercampio in fine addens „christiani" et Waltzing scribens „erimus", neque tamen mihi persuaserunt, cum verba „unius provinciae plures erunt" sive „erimus" quae valeant obscurum sit neque quadrent ad sequentia „etiam inpares copiis"; accedit, quod ordo sententiarum a „plures nimirum" usque ad „cui bello" optimus non patitur illa

verba interposita. Apta autem mihi videtur inter sententias antecedentes „si enim et hostes exsertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum et copiarum?“ et „plures nimirum Mauri et Marcomanni ipsique Parthi; vel quantaecumque unius tamen loci et suorum finium gentes quam totius orbis“ pars quidem, verba dico „possumus dinumerare exercitus vestros“ (attende clausulam!), „unius provinciae“ vero glossema esse puto ad verba „unius loci“, quibuscum connexa illa propter eandem litteram initialem ante „plures“ omissa et cum initio sequentis sententiae in margine addita ab descriptore alieno loco in textum recepta sunt.

Falsa et correcta connexa e. g.:

16, 10 et ⟨certa⟩ caelestia F
18, 3 [iudicantis] ediderit ⟨iudicando ediderit⟩ F
23, 7 ⟨dictis non⟩ dicetis V
23, 10 ⟨verum⟩ utrobique V
24, 3 perfectae ⟨peritiae⟩ V
24, 4 ⟨re ista⟩ resultabit F
35, 11 vota ⟨publica⟩ propria F; antecedunt autem „gaudia publica“.
37, 1 item si ⟨iidem⟩ F
43, 2 aliquo ⟨utique⟩ F
48, 11 ⟨destinata⟩ distincta V
50, 5 ⟨Atheniensium⟩ Aetnaeis V

Glossematibus paene innumerabilibus abundat et Fuldensis et vulgata, quae longum est omnia enumerare [23]. Iam tibi ipse explicabis. Pauca sufficiant.

4, 7 truncatis V ruspatis F legendum est: runcatis.
21, 5 ad delirandum disciplinam F ad declinandum derivantes a disciplina V; legendum est: ad delirandum a disciplina; cf. Non. p. 17 delirare est de recto decedere; Vel. gramm.

[23] interdum scriptor vel lector suam ipsius opinionem vel scientiam profert, e. g. 1, 11 mentis malae impetus (ignaviam F) vel fato vel astris inputant (glossema „ignaviam“ ad totam sententiam pertinens genuinam vocem „impetus“ removit); 1, 12 quid (nihil F) simile; 7, 13 ad „proverbiis atque sententiis“: quod dicitur semper non est quia quod est desinit dici F.; 48, 6 quid (nihil ergo F) novi; 28, 2 quis enim ex viventibus ⟨quilibet⟩ non omni mortuo potior FV; 37, 2 nos inimicum vulgus invadit ⟨lapidibus et incendiis⟩ V ex 48, 1; 47, 2 a quibusdam philosophia ⟨legibus⟩ quoque eiecta est F; — interdum sensum explanare studet e. g. 1, 5 oderunt ⟨homines⟩ V; 6, 8 prohibetis ⟨inferri⟩ V; 4, 5 non debet ⟨licere⟩ F; 7, 4 ⟨temporis⟩ spatio F; 13, 2 potest ⟨esse⟩ F potest ⟨procedere⟩ V; 46, 18 ⟨salutis⟩ vitae F; alibi synonyma addit e. g. 12, 2 amplius F aliud V; 16, 2 extorres V exterminatos F; 19, 6 Berosus Chaldaeus V Hebraeus et Chaldaeus F (his locis in altero codice genuina vox excidit); 27, 6 ⟨parent et⟩ succedunt F; 27, 7 ⟨repugnantium vel⟩ rebellantium F; 42, 7 ⟨de suis⟩ de propriis F.

VII 73 sic qui a recta via vitae ad pravam declinant, . . . delirare existimantur.

42, 4 non lavor diliculo Saturnalibus, ne et noctem et diem perdam; attamen lavor honesta hora et salubri V non lavo sub noctem Saturnalibus . . . perdam; sed lavo et debita et salubri hora F. Vox „diliculo“ in V explicandorum verborum „sub noctem“ causa adscripta erat. Salubritas horae explanatur sequentibus „quae mihi et calorem et sanguinem servet“, verba „honesta“ vel „debita hora“ respondere debent, quod non possunt, antecedentibus „ne et noctem et diem perdam“; praeterea neque christianis neque paganis debitum erat lavari neque certa hora lavandi honesta nominari potest; exspectatur autem vox „iusta“; quare in archetypo fuisse mihi videtur „lavoiusta“, ex quo dittographia in V „lavo (h)onesta“ ortum est, F autem vocem synonymam superscriptam recepit.

Omnium paene mendorum genera, ut unum tantum afferam exemplum, in una sententia quasi coacta invenis c. 17, 5. Animam Tertullianus hic probat nosse unum deum et „deum“ nominare, quem vulgus confiteatur dicens „deus magnus“ etc. Traditum autem est in F „deum nominat hoc solo nomine, quia proprio dei veri. Deus magnus deus bonus“; in V „deum nominat hoc solo quia proprie verus hic unus deus bonus et magnus“. Proprium autem nomen deo non convenire docent et Min. Fel. 18, 10 et Cypr. quod idola d. n. s. 9 et Lact. div. inst. 1, 6, 5, qui omnes hunc Tertulliani locum imitati sunt; et Tertullianus ipse ideo dicit adv. Marc. 1, 10 „illum quasi proprio nomine ‚deum‘ perhibent“. Corrigendum igitur primo videtur „quia“ in „quasi“, quae verba facile confunduntur; collocatione verborum „quasi proprio nomine“ autem melior numerus efficitur quam „nomine quia proprio“. Perturbatio verborum ordinis effecta est voce „nomine“ primum omissa et postea addita. Ex Min. Fel. 18, 10 ‛deum’ dicunt et ‛deus magnus est’ et ‛deus verus est’ etc. apparet legendum esse: nomine. ‛Deus verus’ et ‛deus magnus’ et ‛deus bonus’. Codicis F scriptor ‛deus verus’ a voce ‛proprio’ pendentem fecit, scriptor vulgatae verbis „proprie verus hic unus deus bonus et magnus“ verba tradita ecclesiastice mutavit. Scripsi autem: „‛deum’ nominat hoc solo quasi proprio nomine. ‛Deus verus’ et ‛deus magnus’ et ‛deus bonus’“.

Quae sufficiant ad rationem, quam in textu emendando adhibui, explicandam. Ex quibus iam intellexeris neque solum Fuldensem neque Vulgatam sequi debere qui genuinum textum eruere sibi proposuerit. Ex discrepantibus virorum sermonis Tertullianei peritissimorum de valore codicis Fuldensis sententiis plane apparet satis

non esse, si quis quae notam manus Tertullianeae proferant scire sibi videatur, nisi antea historia traditionis penitus explicata erit omnibus vel saltem plurimis vulgatae recensionis codicibus denuo accuratissime perspectis.

Extant autem praeter codices alia quoque emendandi textus adiumenta; sunt autem haec:

1. Duo libri ad nationes, quibus de eisdem rebus atque sententiis Tertullianus ipse interdum eisdem verbis antequam Apologeticum composuit egerat [24].

2) Fragmenta graecae interpretationis ab Eusebio in historia sua ecclesiastica allegata (2, 2, 5 sq.; 2, 25, 4; 3, 20, 7; 3, 33, 3; 5, 5, 5—7). Quae loca graeca Rufinus Eusebii opus interpretatus interdum latine vertit, interdum latinum Tertulliani textum ipsum inspexit.

3. locus Apologetici 21, 12—14 operi cuidam insertus, qui inscribitur „Altercatio Heracliani laici cum Germinio episcopo Sirmiensi" (cf. C. P. Caspari, Kirchenhistor. Anecdota, Christiania 1883, 143).

4. Excerpta Isidori Ispalensis Etymologiarum libris (Etym. 5, 27, 35; 6, 3, 5; 19, 6, 4; 8, 11, 35; cf. M. Klußmann, Excerpta Tertullianea in Isidori Etymologiis, Hamburg 1892).

5. Ea quae et Cyprianus cum aliis in libris tum in libello „Quod idola dii non sint" et Lactantius [25] ex Apologetico mutuati sunt; in quibus tamen caveas ne omnia neglecto proprio auctorum stilo Tertulliani esse putes.

Ut pauca de editionibus Apologetici addam, inter cetera Tertulliani opera prodiit editionibus Beati Rhenani Basileae apud Frobenium 1521. 1529, J. Gangneii Parisiis 1545, Sigismundi Gelenii Basileae 1550, Jacobi Pamelii Parisiis 1579, Renati Laurentii de la Barre Parisiis 1580, Francisci Junii Franekerae 1597, Joh. A. Wouweri Francofurti 1612, J. L. de Cerda Parisiis 1624, Nic. Rigaltii Parisiis 1634, J. S. Semleri Halis 1769—1776, Francisci Oehleri Lipsiae 1853—1854. Singillatim prodiit primum anno 1483 Venetiae per Bernardinum Benalium, quae editio denuo excussa est post Lactantii opera 1502, per D. Heraldum Parisiis 1613, W. A. Woodham Cantabrigiae 1843, Fr. Oehler Halis 1849, J. Kayser Paderbonae 1865, J. Waltzing iuxta Fuldensem recensionem 1914 (Commentationes Univ. Leodensis fasc. 22), iuxta vulgatam 1919 (ib. fasc. 23), Alex. Souter Aberdonae 1926, Sixtum Colombo Augustis Taurinorum 1926 (editio Paraviana). Editionem cum commentario paravit Sig. Havercampius

[24] cf. Guielm. v. Hartel, Patrist. Studien II (Sitzungsber. d. Ak. d. Wiss. zu Wien, phil.-hist. Kl.), Vindobonae 1890, 21—84.

[25] cf. F. di Capua, pagine scelte. parte prima: Tertulliano e Lattanzio, Florentiae 1925.

Lugd. Bat. 1718, Gerardus Rauschen Bonnae 1906. 1912 (flor. patr. fasc. 6), A. Stainier Leodii 1929; amplum commentarium seorsum curavit J. P. Waltzing Parisiis (Les Belles Lettres) 1931.

Versionem francogallicam publicavit J. P. Waltzing Lovanii 1910 (cum commentario) et Parisiis 1929 (Les Belles Lettres: iuxta textum Latinum), anglicam editioni additam T. R. Glover et G. H. Rendall Londiniis 1931, germanicam H. Kellner (Ausgew. Schriften des Sept. Tert., vol. II, Campoduni 1871, G. Esser 1915).

De Apologetico quaedam temptavit etiam Van der Vliet, studia ecclesiastica, Tert. I, Lugduni Batav. 1891, 32—41; capita 19 et 20 emendavit Paulus de Lagarde, Septuaginta-Studien (Abhdl. d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, tom. 31, 1891, 77 spp.). Indicem alphabeticum omnium Apologetici verborum composuit Henen, Index verborum quae Tertulliani Apologetico continentur, Lovanii 1910.

SIGLA.

F_1	= collatio Modiana codicis Fuldensis per Junium patefacta.
F_2	= eadem, quam continet codex Bremensis.
F	= F_1 et F_2.
B	= cod. Paris. 1656 saec. XII
C	= cod. Paris. 1689 saec. XV
D	= cod. Paris. 2616 saec. XV
E	= cod. Erlangensis olim Heilsbronnensis saec. XV
G	= cod. Gothanus bibl. ducalis n. M. 15 saec. XIII
L	= cod. Leidensis n. 315 saec. XV
M	= cod. Montepessulanus H 54 saec. XI
P	= cod. Paris. 1623 olim Puteanus saec. X
V	= BCDEGLMP aut omnes aut ei qui non ipsi laudantur.
Rhen. 1	= editio Beati Rhenani 1521.
Rhen. 2	= altera editio Beati Rhenani 1529.
Rhen.	= editio prior et altera Beati Rhenani.
Gel.	= editio Sig. Gelenii 1550.
Pam.	= editio Pamelii 1579.
Herald.	= editio Heraldii 1613.
Rig.	= editio Rigaltii 1634.
edd.	= hi omnes editiones veteres vel plerique.
Oehl.	= Fr. Oehler, Tertulliani opera omnia, Leipzig 1853—1854.
Rau.	= editio altera Gerardi Rauschen 1912.
Wal.	= editio J. P. Waltzing 1929.
Col.	= editio Sisti Colombo 1926.
Hoppe I	= H. Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian, Leipzig 1903.
Hoppe II	H. Hoppe, Beiträge zur Sprache und Kritik Tertullians (Skrifter ufgivna av vetenskaps – societeten i Lund 14) Lund 1932.
Löfst. I	E. Löfstedt, Tertullians Apologeticum textkritisch untersucht (Lunds Univ. Årsskrift 1915).
Löfst. II	= E. Löfstedt, Krit. Bemerkungen zu Tert. Apologeticum (ib. 1918.)
Löfst. III	= E. Löfstedt, Zur Sprache Tertullians (ib. 1920).
Thörnell	= G. Thörnell, Studia Tertullianea IV (Upsala Univ. Årsskrift 1926).

APOLOGETICUM.

Si non licet vobis, Romani imperii antistites, in aperto et edito, in ipso fere vertice civitatis praesidentibus ad iudicandum, palam dispicere et coram examinare, quid sit liquido in causa christianorum; si ad hanc solam tantum speciem auctoritas vestra de iustitiae diligentia in publico aut timet aut erubescit inquirere; si denique, quod proxime accidit, domesticis iudiciis nimis operata infestatio sectae huius os obstruit defensioni: liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras pervenire.

2 Nihil de causa sua deprecatur, quia nec de condicione miratur. Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos

APOLOGETICVM EG APOLOGYTICVM PM APOLOGETICVS *edd. Hieron. ep. 70, 5:* Quid Tertulliano eruditius, quid acutius? Apologeticus eius et Contra gentes libri cunctam saeculi obtinent disciplinam. *ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΑΠΟΛΟΓΙΑ Euseb. h. e. 2, 2, 4.* I de ignorantia in Christo Jesu PM. 2 in (ipso) FE *om. rell.* 3 despicere E describere M 4 tantum F *om. V sed cf. Mart. 9, 28* sola tantum scaenicus arte feror; *Löfst. II 37* speciem *om.* F. 6 indiciis *edd. Wal.* animis F 7 os obstruit F obstruit PM obstat E viam obstruit G *cf. adv. Marc. 4, 12 (456, 10 K)* os ei obstruxit; *5, 13 (621, 19 K)* omne os obstruxerat 9 nihil illa de *edd.* deprecaretur F2

---

2 antistites: iidem qui c. 2, 5. 13; 9, 6; 30, 7; 50, 12 praesides vocantur.

3 in vertice civitatis: in capitolio singularium civitatum.

5 Min. Fel. 28, 2 ut Christianus reus nec erubesceret nec timeret; 31, 6 si audire nos publice aut erubescitis aut timetis; Cypr. de laps. 28 (258, 8 H) qui ad Christum pertinere aut erubescit aut metuit? ep. 59, 13; Cic. in Vatin. 16, 39; Sen. de prov. 6, 9.

6 domesticis iudiciis: dativus cum „operata“ coniungendus. Priores, qui „indiciis“ legebant, interpretabantur indicia servorum, de quibus Justinus apol. 2, 12, 4 dicit: *καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας ἢ γύναια καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα.* Euseb. h. e. 5, 1, 14 *συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς· οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ φοβηθέντες τὰς βασάνους, ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα* . . . et ipse Tertullianus ad nat. 1, 7 (68, 28 RW): „at domesticorum curiositas furata est per rimulas et cavernas? omnes a nullis magis prodimur.“ Alii putabant Tertullianum intueri iudicia, quae praetor exerceret in familiares suos, cuius rei exemplum afferunt Tert. ad. Scap. 3: „Claudius Lucius Herminianus in Cappadocia cum indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse christianos crudeliter tractasset.“ Sed domestica iudicia opponuntur eis, quae palam in aperto et edito fiunt; cf. Liv. 2, 41, 12 sive illud domesticum sive publicum fuit iudicium.

9 deprecatur: valde precatur.

10 ep. ad Phil. 3, 20 nostra autem conversatio in caelis est; ad Hebr. 11, 13 quia peregrini et hospites sunt super terram; ep. Petri 1, 2, 11 tamquam advenas et peregrinos; ep. ad Diognet. 5, 5 *πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν καὶ πατρὶς ξένη* . . . 5, 9 *ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται.*

invenire, ceterum genus sedem spem gratiam dignitatem in caelis habere. Unum gestit interdum, ne ignorata damnetur. 3 Quid hinc deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, quo etiam auditam damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, praeter invidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, nolentes audire quod auditum damnare non poterant.

4 Hanc igitur primam causam apud vos conlocamus iniquitatis odii erga nomen christianorum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit, qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant, etiam si res meretur odium? Tunc etenim meretur, cum cognoscitur, an mereatur. 5 Vacante autem meriti notitia, unde odii iustitia defenditur, quae non de eventu, sed de conscientia probanda est? Cum ergo propterea oderunt, quia ignorant, quale sit quod oderunt, cur non liceat eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse? Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et iniuste odisse, dum ignorant.

6 Testimonium ignorantiae est, quae iniquitatem dum excusat, con-

2 hîc F 2 hinc *Rhen.* (= ex hac re) *cf. 22, 9*; *Hoppe II 84* hic V 3 an *om. F* 4 eorum *Oehl.* quod *Rhen. Gel.* inauditam *edd. Rau. sed cf. Lact. d. i. 5, 1, 5 (399, 8 B)* quasi vero — inauditam. 7 poterant F possint V 8 igitur F *cf. 10, 2; 20, 4; 21, 7. 14. 17; 22, 6; 40, 11; 41, 1* itaque V *post pronomen in Apolog. non legitur: Löfst. III 98* 9 christianum DE *Rhen. Gel. Pam.* 12 mereretur *(prius) Rhen.*[2] *Pam.* agnoscitur EL ignoscitur C 14 aprobanda M 15 oderunt F oderunt homines V *edd.*

2 qq. Lact. div. inst. 5, 1, 2—6 ab hoc tamen si fieri potest humanitatis iure postulamus, ut non prius damnet quam universa cognoverit. nam si sacrilegis et proditoribus et veneficis potestas defendendi sui datur nec praedamnari quemquam incognita causa licet, non iniuste petere videmur, ut si quis erit ille qui inciderit in haec, si leget, perlegat, si audiet, sententiam differat in extremum . . . obstrepunt igitur et intercedunt, ne audiant, et oculos suos opprimunt, ne lumen videant, quod offerimus: quo plane ipsi diffidentiam suae perditae rationis ostendunt, cum neque cognoscere neque congredi audent, quia sciunt se facile superari . . . et quia student damnare tamquam nocentes quos utique sciunt innocentes, constare de ipsa innocentia nolunt, quasi vero maior iniquitas sit probatam innocentiam damnasse quam inauditam. sed ut dixi, verentur, ne si audierint, damnare non possint . . . nec causam odiorum reddere ipsi possunt qui tam vehementer oderunt. quia ipsi errant, irascuntur iis qui veram viam secuntur.
3 an hoc magis cf. c. 9, 5.
18 ep. ad Diognet. 5 ex. *καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.*
19 sqq. ad nat. 1, 1 (59, 3 RW) testimonium ignorantiae vestrae, quae iniquitatem dum defendit, revincit, in promptu est, quod omnes qui vobiscum retro ignorabant et vobiscum oderant, simul eis contigit scire, desinunt odisse, quia desinunt ignorare, immo fiunt et ipsi quod oderant et incipiunt odisse quod fuerant. adeo quotidie adolescentem numerum christianorum ingemitis, obsessam vociferamini civitatem, in agris, in castellis, in insulis christianos; omnem sexum, omnem aetatem, omnem denique dignitatem transgredi a vobis quasi detrimento doletis. nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni animos promovetis. non licet rectius suspicari, non libet propius experiri; hic tantum curiositas humana torpescit. amatis ignorare quod alii gaudent invenisse.

demnat, cum omnes qui retro oderant, quia ignorabant quale sit quod oderant, simul desinunt ignorare, cessant et odisse. Ex his fiunt christiani, utique de conperto et incipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod oderant, et sunt tanti, quanti et denotamur. 7 Obsessam vociferantur civitatem; in agris, in castellis, in insulis christianos; omnem sexum aetatem condicionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento maerent, nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni promovent animos. 8 Non licet rectius suspicari, non libet propius experiri. Hic tantum curiositas humana torpescit. Amant ignorare, cum alii gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis denotasset inprudentes de prudentibus quam inmusicos de musicis iudicantes? 9 Malunt nescire, quia iam oderunt. Adeo quod nesciant, praeiudicant id esse, quod si sciant, odisse non poterant; quando, si nullum odii meritum deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse; si vero de merito constet, non modo nihil odio detrahatur, sed amplius adquiratur ad perseverantiam etiam iustitiae ipsius auctoritate.

10 Sed non ideo, inquit, bonum praeiudicatur, quia multos con-

---

1 quale — oderant *om.* F *Rig. Rau. Wal. Col.* simulat CDLM simul cum E 4 quanti denotamur F denotantur G *Rhen. Gel. Herald.* 6 etiam F2V et *Rhen. Herald.* 7 hoc ipso BCE *cf. ad nat. 1, 1 (59, 11 RW)* hoc ipso modo D *edd.* ex hoc ipso modo F hoc modo P 9 proprius BMP 10 alibi *Vonck. Sout.* 11 quam — musicis *huc transposui numeri causa, post* iudicantes *pos.* V *om.* F *s. cl. Löfst. I 74* 12 nescire *om.* F qui F 13 quod nesciant *om.* F si sciant odisse *om.* F. 14 poterant odisse F meritum F *cf. 1, 4 et ad nat. 1, 1 (59, 16 RW) Löfst. II 39* 16 odio F odii V *cf. ad nat. 1, 1 (59, 18 RW)* 17 auctoritate V gloriae F 18 praeiudicatur F *om.* V *sed cf. ad nat. 1, 1 (59, 22 RW)* non utique bonum praeiudicari

---

2 de pud. 7 (231, 17 RW) siquidem non aliter christiani ex ethnicis fiunt nisi prius perditi et a deo requisiti et a Christo reportati.

5 cf. c. 37, 4—7; Plin. ep. 10, 96, 9 visa est enim mihi res digna consultatione maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur. Neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est. — Testimonia de adolescente christianorum numero contulit A. v. Harnack, Mission II 5—16.

11 Plut. Solon 5 p. 81 B *ἔφη δὲ κἀκεῖνο θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δ' οἱ ἀμαθεῖς.* La. Diog. 1, 8, 5 *θαυμάζειν δὲ ἔφη πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται.* ad nat. 1, 20 (92, 25 RW) haec est iniquitas, ut gnari ab ignaris, absoluti a reis iudicemur.

13 Min. Fel. 27, 8 sic occupant animos et obstruunt pectora, ut ante nos incipiant homines odisse quam nosse, ne cognitos aut imitari possint aut damnare non possint.

14 ad nat. 1, 1 (59, 16 RW) atquin si nullum meritum odii, reperietur optimum utique ab iniustitia priore discedere, sin vero causa constiterit, nihil odio detrahetur, quod adeo amplius iustitiae conscientia cumulabitur.

17 perseverantiam scl. odii.

vertit; quanti enim ad malum reformantur, quanti transfugae in perversum? Quis negat? Tamen quod vere malum est, ne ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. 11 Denique malefici gestiunt latere, devitant adparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur, certe damnati maerent; quod enim erant in semetipsos, mentis malae impetus vel fato vel astris inputant. Nolunt enim suum esse, quia malum agnoscunt. 12 Christianus vero quid simile? Neminem pudet, neminem paenitet, nisi plane retro non fuisse; si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur; damnatus gratias agit. 13 Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet, timorem pudorem tergiversationem paenitentiam deplorationem? Quod hoc malum est, cuius reus gaudet, cuius accusatio votum est et poena victoria? Non potes dementiam dicere, qui revinceris ignorare.

1 reformantur F performantur PDEG *Gel. Herald. Rig., sed non legitur apud Tertullianum (Löfst. I 75)* praeformantur BC *Rhen. Pam.* 4 perfundit PM 5 adprehensi F *sed cf. 15, 7; 27, 6 et ad nat. 1, 1 (60, 7 RW)* 6 quod enim erant *Löfst. II 40 coll. ad nat. 1, 1 (60, 9 RW)* dinumerant F enumerant V *Wal.* 7 semet ipso ML semetipsis E impetus V ignaviam F impetus; ignaviam *Wal.* 8 quid V quod ML nihil F *cf. 48, 6; ad nat. 1, 1 (60, 11 RW)* 12 naturalia FG natura alia V 13 quid PBDE *edd. Wal., sed cf. ad nat. 1, 1 (60, 15 RW)* mali *edd. Wal.* 14 victoria F felicitas V *cf. 50, 2* potest dementia M 15 qui V quod F *Rau. Wal.*

1 sqq. ad nat. 1, 1 (59, 23 RW) novi demutationem mentis in malas partes. quot desertores bonae vitae, quot transfugae in perversum? . . . nam de malo ita constat apud omnes, ut ne ipsi quidem rei, qui ad malum transeunt et a bonis in perversa divertunt, defendere malum pro bono audeant. turpia timori, pudori impia habent. denique gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati; ne torti quidem facile aut semper confitentur, certe damnati maerent. exprobrant etenim quod erant in semet ipsos, malae mentis ab innocentia transitum vel astris vel fato imputant. adeo nolunt suum esse, quia malum negare non possunt. Christiani vero quid tale consequuntur? neminem pudet, neminem paenitet, nisi tantum pristinorum. si denotatur, gloriatur, si trahitur, non subsistit, si accusatur, non defendit, interrogatus confitetur, damnatus gloriatur. quod hoc malum est, in quo mali natura cessat?

7 Senec. de benef. 3, 27 cum malam mentem habuisse se pridie iurasset (Rufus) . . . Caesarem ut ignosceret sibi rediretque in gratiam suam rogavit. — de provid. 5, 7 fata nos ducunt et quantum cuique temporis restat, prima nascentium hora disposuit.

9 Cypr. ad Demetr. 17 (362, 30 H) Inde est enim quod nemo nostrum quando adprehenditur reluctatur nec se adversus iniustam violentiam vestram quamvis nimius et copiosus noster populus ulciscitur. Min. Fel. 28, 2 malum autem adeo non esse, ut christianus . . . unum solummodo, quod non ante fuerit, paeniteret.

11 cf. c. 46, 14; 50, 16; Justin. apol. 2, 2, 19 *καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος· Μάλιστα (χριστιανός εἰμι), πάλιν αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. ὁ δὲ καὶ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει.* Acta Cypriani 4 et his dictis decretum ex tabella recitavit: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus episcopus dixit: deo gratias.

14 victoria: cf. c. 50, 2; Min. Fel. 37, 1 soli deo, cuius est cedit, cum triumphator et victor ipsi, qui adversum se sententiam dixit, insultat; Lact. de mort. pers. 16, 6 quam iucundum illud spectaculum deo fuit, cum victorem te cerneret. dementiam: cf. c. 27, 2; 49, 1; 50, 4; Plin. ep. 10, 96 fuerunt alii similis amentiae.

II. Si certum est denique, nos nocentissimos esse, cur a vobis ipsis aliter tractamur quam pares nostri, id est ceteri nocentes, cum eiusdem noxietatis eadem tractatio deberet intervenire? 2 Quodcumque dicimur, cum alii dicuntur, et proprio ore et mercenaria advocatione utuntur ad innocentiae suae commendationem; respondendi, altercandi facultas patet, quando nec liceat indefensos et inauditos omnino damnari. 3 Sed christianis solis nihil permittitur loqui quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum, sed illud solum exspectatur, quod odio publico necessarium est: confessio nominis, non examinatio criminis; 4 quando, si de aliquo nocente cognoscatis, non statim confesso eo nomen homicidae vel sacrilegi vel incesti vel publici hostis, ut de nostris elogiis loquar, contenti sitis ad pronuntiandum, nisi et consequentia exigatis, qualitatem facti numerum locum tempus conscios socios? 5 De nobis nihil tale, cum aeque extorqueri oporteret quod de falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta contenebrasset, qui coqui, qui canes adfuissent. O quanta illius praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum iam infantes comedisset!

6 Atquin invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam.

2 id est — nocentes *secl. Col.* 3 noxietatis F noxae V debet F 1 *(Löfst. I 17)* d. (= deberet *ut Barraeus)* F 2 4 ore *om.* F mercenaria advocatione V mercenario ore F 6 ne BCLM 11 cognoscitis *edd.* homicidii LM homicidie C 12 vel *(alter) om.* BGM elogiis *edd.* eulogiis V 14 locum modum tempus *Rhen. Herald. Rig. Oehl. Wal.* socios. II Contra inquisitionem V 15 oportet M quod de F quod cum V (quod tamen E) quodcumque *Gel. Pam. Rig.* 16 quod . . . quod V 18 gloria fuisset F 18 comedisset. Sed nec in isto ex forma malorum iudicandorum agitis F *ex § 10* 19 atqui DEF 2 *Rhen. Gel. Herald.* atque F1 *Haverc. καίτοι Euseb. h. e. 3, 33, 3.*

9 sq. Justin. apol. 1, 4, 1 *ὀνόματος μὲν οὖν προσωνυμία οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων· . . . 4 καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε. ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε . . . 5 Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον.* Tert. de spect. 30 (28, 23 RW) praesides persecutores dominici nominis; Scorp. 10 (169, 6 RW) odium nominis hic erit et persecutio hic erumpit.

11 ad nat. 1, 2 (61, 1 RW) si de homicida consultatur, non statim confesso eo nomen homicidae dispuncta causa est . . . verum insuper consequentia exigitis, quotiens caedem egerit, quibus telis, quibus in locis, quibus spoliis sociis receptoribus.

12 elogium: titulus vel testimonium; cf. de cor. 5 (I 428 Oehl.) omne autem quod contra naturam est, monstri meretur notam penes omnes, penes vos vero etiam elogium sacrilegii.

14 Senec. de clement. 1, 9, 9 occidere, inquam, me paras. Adiecit locum socios diem ordinem insidiarum, cui commissum est ferrum.

16 cf. c. 7—9; Euseb. h. e. 5, 1, 14 *κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μηδὲ πιστεύειν, εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο.*

de praecr. 12 nemo ab eo inluminatur a quo contenebratur; de ieiun. 10 (287, 22 RW) a sexta contenebratus orbis defuncto domino lugubre fecit officium.

19—25, 6 in Graecum vertit Euseb. h. e. 3, 33, 3; inquisitionem in christianos prohibitam esse non legitur in Traiani epistula; qua ex re R. Heinze, Tertullians Apologeticum 301, 2 et Merrill, Wien. Stud. 31 (1909) 251 sqq. concluserunt Tertullianum epistulas Plinii et Traiani non ipsas legisse.

Plinius enim Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibusdam christianis, quibusdam de gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem, adlegans praeter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacramento eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum Christo ut deo et ad confoederandam disciplinam homicidium adulterium fraudem perfidiam et cetera scelera prohibentes. 7 Tunc Traianus rescripsit hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere.

8 O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes et mandat puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid temetipsam, censura, circumvenis? Si dam-

2 de F *om.* V *Oehl. sed cf. adv. Marc. 4, 9 (444, 6 K)* de gradu pellam ipse E multitudine *om.* E 3 ceteris F *λοιπόν Euseb. l. c.* 5 sacramento F sacramentis V sacris *Rhen. Gel. Pam.* id est coniuratione *interpretatus est* F *cf. Plinii locum infra allatum* 6 ut *Haverc. coll. Plin. ep. 10, 96, 7* carmenque Christo quasi deo dicere; *τὸν Χριστὸν θεοῦ δίκην ὑμνεῖν Euseb. h. e. 3, 33, 3; Hieron. chron. cf. adnot. ad l. 1* et V *edd. Oehl.* ad *om.* M conferendam BCM 7 prohibentem *v. d. Vliet stud. eccl. I 32* 11 puniri DG *Rhen. Herald.* 12 temetipsum DE *Rhen. Gel. Pam. Herald.*

---

1 Plinius Secundus annis 111—113 legatus provinciae Bithyniae de christianis scripsit ad Traianum. — Hieron. chron. ad ann. 2124 Plinius Secundus cum quandum provinciam regeret et in magistratu suo plurimos christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus quaesivit de Traiano, quid facto esset, nuntians ei praeter obstinationem non sacrificandi et antelucanos coetus ad canendum cuidam Christo ut deo nihil aput eos repperiri. praeterea ad confoederandam disciplinam vetari ab his homicidia furta adulteria latrocinia et his similia. ad quae commotus Traianus rescripsit hoc genus quidem inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere. Tertullianus refert in Apologetico suo.

2 de gradu pelli: a Christiana doctrina desciscere; cf. Cic. de off. 1, 80 fortis et constantis est non de gradu deici, ut dicitur.

3 de pud. 13 (244, 9 RW) ut . . . nihil de postero sit comminatus, nihil de cetero allocutus? ad Scap. 3 (I 545 Oehl.) sed memento de cetero; Min. Fel. 16, 4 sic nec dubitandum ei de cetero est nec vagandum.

4 Plin. ep. 10, 96, 7 adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo deo dicere secum invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; . . . nihil aliud inveni quam superstitionem pravam, inmodicam.

5 sacramento: cf. 15, 8; de idol. 6 (35, 24 RW) de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis adversas esse fidei eiusmodi artes; de cor. 3 (I 421 Oehl.) eucharistiae sacramentum . . . etiam antelucanis coetibus nec de aliorum manu quam praesidentium sumimus.

6 cf. 39, 18; de orat. 24 (197, 11 RW) qui in carcere audientibus custodiis orabant et canebant deo; ad uxor. 2, 9 (I 697 Oehl.) et mutuo provocant quis melius domino suo cantet; adv. Marc. 5, 18 (640, 9 K) et psalmis et hymnis deo canerent.

6 Prudent. peristeph. 2, 65 hunc esse vestris orgiis moremque et artem proditum est, hanc disciplinam foederis, libent ut auro antistites.

8 Plin. ep. 10, 97, 2 conquirendi non sunt; si deferantur et arguantur, puniendi sunt.

10 necessitate: angustiis.

nas, cur non et inquiris? si non inquiris, cur non et absolvis? Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur; in reos maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est: ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur. 9 Solum christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quam oblationem. Damnatis itaque oblatum, quem nemo voluit requisitum; qui, puto, iam non ideo meruit poenam, quia nocens est, sed quia non requirendus inventus est.

10 Sed nec in isto ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus tormenta adhibetis ad confitendum, solis christianis ad negandum, cum, si malum esset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormentis compelleretis. Neque enim ideo non putaretis requirenda quaestionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida, scientes homicidium quid sit, nihilo minus ordinem extorquetis admissi. 11 Quo perversius, cum praesumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes nomen pariter utique negemus et scelera, de quibus ex confessione nominis praesumpseratis.

12 Sed, opinor, non vultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic

2 investigandis CM 4 inquisitionem M 5 oblatio DE *Rhen. Herald.* 6 itaque FV ergo *edd.* 9 sed F itaque V *edd. Oehl.* isto F illo V *edd. Oehl.* 10 adhibetis tormenta D *edd.* 15 extorquetis V exquiritis F quod perversius est F *Wal.*

2 Sueton. Octav. 32 grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit; Tib. 37.
sortitur: passive.
9 ad nat. 1, 2 (60, 17 RW) in quo ipsi etiam contra formam iudicandorum malorum iudicatis. nam nocentes quidem perductos, si admissum negent, tormentis urgetis ad confessionem, christianos vero sponte confessos tormentis conprimitis ad negationem; Cypr. ad Demetr. 13 (360, 19 H) si crimen non est, quid persequeris innocentem? torqueri enim debui, si negarem. si poenam tuam metuens id quod prius fueram et quod deos tuos non colueram mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuissem, tunc ad confessionem criminis cum vi doloris adigendus, sicut in quaestionibus ceteris torquentur rei qui se negant crimine quo accusantur teneri . . . nunc vero cum sponte confitear et clamem et . . . christianum me esse contester, quid tormenta admoves confitenti? Min. Fel. 28, 3 hos nec audiendos in totum putabamus, nonnumqua metiam miserantes eorum crudelius saeviebamus, ut torqueremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent, exercentes in his perversam quaestionem, non quae verum erueret, sed quae mendacium cogeret.
forma: modus vel lex; cf. ad. nat. 1, 7 (68, 21 RW) ex forma ac lege omnium mysteriorum; de idol. 18 (52, 13 RW) ex forma dominica agere debebis.
16 ad nat. 1, 2 (61, 10 RW) hoc ergo perversius, si cogitis negare de quibus certissime scitis.
20 ad nat. 1, 2 (60, 24 RW) opinor, non vultis nos malos esse ideoque gestitis de isto nomine excludere. sane ceteros ad hoc tenditis et carnificatis, ut negent quod esse dicuntur. atquin illis negantibus non creditis: nobis, si negaverimus, statim creditis. si certi estis nos nocentissimos esse, cur etiam in hoc aliter quam nocentes a vobis agimur? ad Scap. 4 (I 546 Oehl.) quid enim amplius tibi man-

enim soletis dicere homicidae ‚Nega', laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseveraverit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseverare, quam necessitate, non iustitia damnandam a vobis sciatis. 13 Vociferatur homo: 'christianus sum'. Quod est, dicit; tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendae praesides de nobis solis mendacium elaboratis audire. 'Hoc sum', inquit, 'quod quaeris an sim. Quid me torques in perversum? Confiteor, et torques; quid faceres, si negarem?' Plane aliis negantibus non facile fidem adcommodatis: nobis, si negaverimus, statim creditis.

14 Suspecta sit vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus formam, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. Nisi fallor enim, leges malos erui iubent, non abscondi, confessos damnari praescribunt, non absolvi. Hoc senatus consulta, hoc principum mandata definiunt. Hoc imperium, cuius ministri estis, civilis, non tyrannica dominatio est. 15 Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena adhibebantur; apud vos soli quaestioni temperatur. Vestram illis servate legem usque ad confessionem necessariis, et iam si confessione praeveniantur, vacabunt, sententiae ceditur; debito poenae nocens expungendus est, non eximendus.

1 debere F 2 nos *om.* F erga BCF nos *om.* M 3 iudicantis M *om.* F cum F2V *om.* F1 5 sciatis V putatis F *Wal.* 7 audire laboratis F laboratis audire *Wal.* 8 qui BC 9 facere sinegare M 13 ministret] instiget E nisi enim fallor *edd.* 14 senatu consulit EM senatum consultit BC 15 principium BC 16 vestra est *Rhen. Gel. Pam.* 17 adhibentur ELM *edd.* adhibeantur BC solos F quaestioni F Vquaestiones L 18 temperatur FV temperantur L *Rhen.*2 *Gel. Rig. Wal.* servate FV servare D servire *Rhen. Gel. Pam.* 19 necessariis — confessione *om.* M necess. et iam *del.* P² necessariis F necessariam V 19 praeveniatur F 2 sententiae ceditur F sententia opus est V 20 expugnandus ELM *Gel.*

---

datur quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta revocare? videtis ergo, quomodo ipsi vos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. adeo confitemini innocentes esse nos, quos damnare statim ex confessione non vultis. si autem contenditis ad elidentes nos , iam ergo innocentiam expugnatis.

5 Acta Scillit. 9—10 Vestia dixit: christiana sum. Secunda dixit: quod sum, ipsud volo esse. Saturninus proconsul Sperato dixit: perseveras christianus? Speratus dixit: christianus sum; et cum eo omnes consenserunt. Acta Cypriani 1 Cyprianus episcopus dixit: christianus sum. Euseb. h. e. 5, 1, 20 *ἀλλὰ πρὸς πάντα τὰ ἐπερωτώμενα ἀπεκρίνατο (ὁ Σάγκτος) τῇ Ῥωμαικῇ φωνῇ· Χριστιανός εἰμι.*

11 cf. 27, 4; ad nat. 1, 3 (62, 15 RW) nomen in causa est, quod quaedam occulta vis per vestram ignorantiam oppugnat. de anima 1 (299, 26 RW) vim istam perniciosissimam (daemonum) nec umquam bonam atquin omnis erroris artificem, omnis veritatis avocatricem; Min. Fel. 28, 5 cum, si ratio, non instigatio daemonis iudicaret, urguendi magis, non ut diffiterentur se christianos, sed ut de incestis stupris, de inpiatis sacris, de infantibus immolatis faterentur. Justin. apol. 1, 5, 1 *ἐφ' ἡμῶν ὑπισχνουμένων μηδὲν ἀδικεῖν μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει καὶ μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες.* 1, 12, 5; 1, 14, 1—2.

16 Apul. met. 10, 6 ut . . . civiliter sententia promeretur nec ad instar barbaricae feritatis vel tyrannicae impotentiae damnaretur aliquis inauditus.

17 Romani tormentis nisi ad veritatem eruendam non utebantur.

16 Denique nemo illum gestit absolvere; non licet hoc velle. Ideo nec cogitur quisquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum imperatorum legum morum naturae totius inimicum existimas et cogis negare, ut absolvas, quem non poteris absolvere, nisi negaverit. 17 Praevaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, ut eum facias innocentem, et quidem invitum, iam nec de praeterito reum. Unde ista perversitas, ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse quam per vim neganti? vel ne conpulsus negare non ex fide negarit et absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat aemulatione iterum christianus?

18 Cum igitur in omnibus nos aliter disponitis quam ceteros nocentes ad unum contendendo, ut de isto nomine excludamur — excludimur enim, si faciamus quae faciunt non christiani — intellegere potestis, non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio aemulae operationis insequitur, hoc primum agens, ut homines nolint scire pro certo quod se nescire pro certo sciunt. 19 Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quae malunt credidisse, ut nomen illius aemulae operationis inimicum praesumptis, non probatis criminibus de sua sola confessione damnetur. Ideo torquemur confitentes et punimur perseverantes et absolvimur negantes, quia nominis proelium est. 20 Denique quid de tabella recitatis illum christianum? cur non et homicidam, si homicida christianus? cur non et incestum vel quodcumque aliud esse nos creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pro-

1 illum nemo D *Rhen. Gel. Pam.* 5 ergo V ut F *Wal.* 9 negaret abs. BCLM neget et abs. E 10 vestrum de vestra F *Wal.* 11 cur F ⸢ aliter nos F *Wal.* in nos aliter *Rhen. Gel. Pam.* disponatis *Gel. Pam.* disquiratis *Rhen.* quam FV in *Rhen. Gel. Pam.* 12 ad] id *edd.* isto F eo V *Oehl.* 13 facimus DE *edd.* 16 nolunt P¹BC 18 aemulae operationis F *Rau. Wal.* aemulae rationis V *Rhen. 1 Rig.* aemulationis LM *Rhen. 2 Gel. Pam.* 21 quod de ELM 22 *post* homicidam *interrogationis signum pos. Oehl. Souter* si FV sed D *Rhen. Gel.* 23 incestum *Haverc.* incestus V *cf. ad nat. 1, 2 (62, 6 RW)* illum homicidam vel incestum vel quodcumque iactamur duci . . . placet nos esse G *Rhen. 2 Gel. Pam.*

10 aemulatio: inimicitia; aemulus: inimicus.

14 ad nat. 1, 3 (62, 3 RW) iam apparet omne in nos crimen non alicuius sceleris, sed nominis dirigi.

15 sqq. ad nat. 1, 3 (62, 11 RW) nomen in causa est, quod quaedam occulta vis per vestram ignorantiam oppugnat, ut nolitis scire pro certo quod vos pro certo nescire certi estis, et ideo nec creditis quae non probantur, et ne reprobentur facile, non vultis inquirere, ut nomen inimicum sub praesumptione criminum puniatur . . . ideo negare conpellimur, dehinc negantes liberamur, tota inpunitate praeteritorum.

22 Acta Cypriani 4 et his dictis decretum ex tabella recitavit (proconsul): Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. Pontius vita Cypr. 17 legit itaque de tabula iam sententiam iudex.

nuntiare. 'Christianus' [si] nullius criminis nomen est [valde ineptum], nisi solius nominis crimen est.

III. Quid, quod ita plerique clausis oculis in odium eius inpingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant nominis exprobrationem. Bonus vir Gaius Seius, tantum quod christianus. Item alius: Ego miror Lucium Titium, sapientem virum, repente factum christianum. Nemo retractat, ne ideo bonus Gaius et prudens Lucius, quia christianus, aut ideo christianus, quia prudens et bonus. 2 Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant, et id quod sciunt, eo quod ignorant, inrumpunt, cum sit iustius occulta de manifestis praeiudicare quam manifesta de occultis praedamnare.

3 Alii quos retro ante hoc nomen vagos viles inprobos noverant, ex hoc ipso denotant, quod laudant: caecitate odii in suffragium inpingunt. 'Quae mulier, quam lasciva, quam festiva! Qui iuvenis, quam lusius, quam amasius!' Facti sunt christiani. Ita nomen emendationi inputatur. 4 Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto paciscuntur, contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt. Uxorem

1 si FV *seclusi; cf. praef. 11* nullus P[1] nomen est F *Rig.* nomen reus est PBC nomine reus est ELM reus est nomen DG *Rhen. Pam. Herald.* valde ineptum *seclusi ut glossema* ineptum F *Rig. Rau. Wal.* incestum V infestum *edd.* 2 nisi *scripsi* si FV *cf. ad nat. 1, 2 (62, 8 RW)* nihil nisi Christianum confessum notant. nullum criminis nomen extat, nisi nominis crimen est. nominis, crimen est *interpunxit Oehl.* est. III de nominis exprobratione V 5 Seius *om.* F sed malus LM Seius sed malus D *Rhen. Gel. Pam.* 6 miror FL *om. V Rhen. Gel. Pam.* Lucius FD *Rhen. Gel. Pam. om. V* 7 christianum defero *Rhen. Gel. Pam.* 10 corrumpunt *edd.* 11 damnare LM 13 hoc F *om.* V *cf. 1, 8 et adv. Marc. 1, 9 (302, 23 K)* quo BCEM *Gel. Pam. Rig.* inpingunt enarrantes F 14 qui lasc. qui fest. LM qui FV quis PDG *Oehl.* qui lus. qui LM Lusius F *Rig.* lucius V *edd.* lascivus *auctore Latinio Oehl.*

---

5 sq. haec nomina ficticia inprimis apud iuris consultos erant in usu; cf. Gaius inst. 2, 250 rogo te L. Titi ... ut ... G. Seio reddas restituas. Juven. 4, 13 nam quod turpe bonis Titio Seioque, decebat Crispinum. ad nat. 1, 4 (64, 13 RW) quo more etiam soletis: bonus vir Lucius Titius, tantum quod christianus. item alius: ego miror Gaium Seium gravem virum factum christianum.

7 sqq. ad nat. 1, 4 (64, 15 RW) pro stultitiae caecitate laudant, quae sciunt, vituperant, quae nesciunt, et id quod sciunt eo quod nesciunt vitiant. nemini subvenit, ne ideo bonus quis et prudens, quia christianus, aut ideo christianus, quia prudens et bonus, cum sit humanius occulta manifestis adiudicare quam manifesta de occulto praeiudicare. alii quos retro ante hoc nomen vagos viles improbos norant, emendatos repente mirantur et tamen mirari quam assequi norunt.

15 sqq. ad Scap. 2 (I 542 Oehl.) nec aliunde noscibiles quam de emendatione vitiorum. ad nat. 1, 4 (64, 22 RW) alii tanta obstinatione certant, ut cum suis utilitatibus depugnent, quas de commercio istius nominis capere possunt. scio maritum unum atque alium, anxium retro de uxoris suae moribus, qui ne mures quidem in cubiculum inrepentes sine gemitu suspicionis sustinebat, comperta causa novae sedulitatis et inusitatae captivitatis omnem uxori patientiam obtulisse, negasse zelotypum, maluisse lupae quam christianae maritum; ipsi suam licuit in perversum demutare naturam, mulieri non permisit in melius reformari. pater filium, de quo queri desierat, exhereditavit. dominus servum, quem praeterea necessarium senserat, in ergastulum dedit. simul quis intellexerit christianum, mavult nocentem.

iam pudicam maritus iam non zelotypus eiecit, filium iam subiectum pater retro patiens abdicavit, servum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegavit; ut quisque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum, quam odium christianorum.

5 Igitur, si nominis odium est, quis nominum reatus? Quae accusatio vocabulorum, nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis aut infaustum aut maledicum aut inpudicum? 'Christianus' vero, quantum interpretatio est, de unctione deducitur. Sed et cum perperam 'chrestianus' pronuntiatur a vobis — nam nec nominis certa est notitia penes vos —, de suavitate vel benignitate conpositum est. Oditur itaque in homnibus innocuis etiam nomen innocuum.

6 At enim secta oditur in nomine utique sui auctoris. Quid novi, si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit? Nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici Epicurei Pythagorici? etiam a locis conventiculorum et stationum suarum Stoici Academici? aeque medici ab Erasistrato et grammatici ab Aristarcho, coqui etiam ab Apicio? 7 Nec tamen quemquam offendit

1 iam *bis om. M* eiecit F *om.* V *edd. Oehl.* filium iam F *Rig. om.* V subiectum pater filium E filium subiectum pater *edd.* 3 religavit PBCL 4 quam F *cf. de idol. 24 (57, 22 RW); pud. 2 (222, 11 RW); adv. Marc. 4, 17 (476, 1 K); Löfst. III 34; Hoppe II 126* quanti V quanti est *Rhen. 1 Gel. Pam. Rig.* 5 igitur F nunc igitur V *sed cf. 11, 4; 12, 7; 25, 10; ad nat. 2, 7 (107, 17 RW);* nunc igitur si*n usquam apud Tertullianum legitur: Löfst. II 42* quis nomini EG 6 barbaram P 9 chrestianus E *edd.* christianus *rell. codd.* certa est *om.* E 11 itaque V ergo *Rhen. Gel. Pam.* 16 aeque FV atque EL *Rhen. Gel. Pam.*

---

1 similem historiam narrat Justin. apol. 2, 2.

5 sqq. ad nat. 1, 3 (62, 25 RW) itaqu ede nominis merito si qui reatus est nominum, si qua accusatio vocabulorum, ego arbitror nullam esse vocabulo aut nomini querellam, nisi cum quid aut barbarum sonat aut infaustum sapit vel inpudicum vel aliter quam enuntiantem deceat aut audientem delectet ... christianum vero nomen, quantum significatio est, de unctione interpretatur. etiam cum corrupte a vobis chrestiani pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipsius liquido certi estis), sic quoque de suavitate vel bonitate modulatum est. detinetis igitur in hominibus innoxiis etiam nomen innoxium nostrum, non incommodum linguae, non auribus asperum, non homini malum, non patriae infestum, sed et Graecum cum aliis, et sonorum et interpretatione iucundum.

9 Sueton. Claud. 25, 4 Judaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit. Lact. div. inst. 4, 7, 5 sed exponenda huius nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chrestum solent dicere. Justin. apol. 1, 4, 5 *Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον.* Theophil. ad Autol. 1, 1.

10 Luc. 6, 35 quia ipse suavis est adversus ingratos et malos.

12 sqq. ad nat. 1 4 (63, 12 RW) sed dicitis sectam nomine puniri sui auctoris. primo quidem sectam de auctoris appellatione notari utique probum usitatumque ius est, dum philosophi quoque de auctoribus cognominentur Pythagorici et Platonici, ut medici Erasistratei et grammatici Aristarchii. itaque si ob auctorem malum mala secta, tradux mali nominis plectitur.

16 Erasistratus in insula Cea natus artis medicinae laude floruit circa annum 300 a. Chr. n.

17 Arastarchus Samothracius circa annum 170 a. Chr. n. Alexandriae maxima cum laude artem grammaticam docebat.

Apicius, famosissimus helluo, Augusti et Tiberii temporibus vixit; Senec.

professio nominis cum institutione transmissi ab institutore. Plane, si qui probet malum auctorem et malam sectam, is probabit et nomen malum, dignum odio de reatu sectae et auctoris; ideoque ante odium nominis conpetebat prius de auctore sectam recognoscere vel auctorem de secta. 8 At nunc utriusque inquisitione et agnitione neglecta nomen detinetur, nomen expugnatur, et ignotam sectam, ignotum et auctorem vox sola praedamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.

IV. Atque adeo quasi praefatus haec ad suggillandam odii erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentiae consistam nec tantum refutabo quae nobis obiciuntur, sed etiam in ipsos retorquebo, qui obiciunt, ut ex hoc quoque sciant homines in christianis non esse, quae in se non nesciunt esse, simul uti erubescant accusantes, non dico pessimi optimos, sed iam, ut volunt, conpares suos. 2 Respondebimus ad singula, quae in occulto admittere dicimur, quae palam admittentes invenimur, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus inridendi deputamur.

3 Sed quoniam, cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum obstruitur auctoritas adversus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges aut ingratis necessitas obsequii praeferatur veritati, de legibus prius consistam vobiscum ut cum tutoribus legum. 4 Iam primum cum dure definitis dicendo: 'Non licet esse vos!' et hoc sine ullo retractatu humaniore praescribitis, vim profitemini et

1 transmissi F *Rig.* transmissa V *edd. Oehl.* 2 quis E probet F probavit V *Oehl.* malum auctorem et F *om. V cf. praef. 13* sectam et ita malum et auctorem is V 6 expurgatur M 7 nominatur DL *Gel.* 8 revincitur LM *Gel.* 9 ideo EG *Rhen. Gel.* sigillandum LM[1] 12 homines FV omnes *edd.* 13 non nesciunt F nesciunt V esse — optimos *om.* F 14 iam V etiam F 15 palam F illos palam V invenimur *cf. praef. 9; Löfst. I 75 Wal. Sout.* inveniuntur F invenimus V 17 deridenti M 18 sed *om.* M 21 consistam F concurram V ut V et F cultoribus M legum. III de inlicito V 22 iure F vos dicendo D

ad Helv. 10, 8 quam Apicius nostra memoria vixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuventutis abire iussi sunt, scientiam popinae professus disciplina sua saeculum infecit. cuius exitum nosse operae pretium est. cum sestertium millies in culinam coniecisset, cum tot congiaria principum et ingens capitolii vectigal singulis comissationibus exsorpsisset, aere alieno oppressus rationes suas tunc primum coactus inspexit: superfuturum sibi sestertium centies conputavit et velut in ultima fame victurus, si in sestertio centies vixisset, veneno vitam finivit.

4 ad nat. 1, 4 (63, 18 RW) prius erat cognoscere auctorem, ut cognosceretur secta, quam de secta inspectionem auctoris retinere. at nunc necessario ignorando sectam, quia ignoratis auctorem, aut non recensendo auctorem, quia nec sectam recensetis, in solum nomen inpingitis, quasi in illo detinentes sectam et auctorem, quos omnino non nostis.

21 consistere: iudicio congredi; cf. Cic. pro Quinct. 77 diffidebam satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere; Dig. 48, 10, 7 nullo modo servi cum dominis suis consistere possunt.

22 Sulp. Sev. chron. II 29, 3 de Nerone: hoc initio in christianos saeviri coeptum; post etiam datis legibus religio vetabatur palamque edictis propositis christianum esse non licebat.

iniquam ex arce dominationem, si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere. 5 Quodsi quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio id non debet licere, quod male fit, et utique hoc ipso praeiudicatur licere quod bene fit. Si bonum invenero esse, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest, quod, si malum esset, iure prohiberet? Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est; neque enim de caelo ruit.

6 Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda aut resipuisse in reprobanda? Non enim et ipsius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semet ipso iudicarit? 7 Nonne et vos cottidie experimentis inluminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem et squalentem silvam legum novis principalium rescriptorum et edictorum securibus runcatis et caeditis? 8 Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt quam Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus, constantissimus principum,

1 non vultis non F *Wal.* 2 debet licere ideo F *Wal.* non vultis V noluistis F *Wal.* 3 id quod M *Gel.* licere fit M 4 tua *om.* F 6 iuret M 7 cepta M 9 non enim] nonne et BL *Gel. Pam.* nonne enim et *Sout.* 10 ut incessu M 11 iudicaret LM vindicaret E 14 runcatis *Scaliger cf. de Pallio 2 (Oehl. I 923* runcare atque ruspare*)* ruspatis F truncatis V 15 tantae] ante M

---

1 Juven. 10, 306 nullus ephebum Deformem saeva castravit in arce tyrannus.
7 de test. an. 6 (142, 25 RW) non Latinis nec Argivis solis anima de caelo cadit.
9 Plutarchus Lyc. 29 tradit Lycurgum, postquam Lacedaemonios iureiurando obstrinxisset se legibus fixis esse staturos, donec ipse Delphis rediret, inedia vitam finivisse, quia oraculum ei responderat leges bene conditas esse mansuramque urbem clarissimam, si Lycurgi institutis insistat.
14 Lex Julia de maritandis ordinibus anno 18 a. Chr. n. lata quae constituerit, non satis patet; ex hox Tertulliani loco colligi posse videtur ea sanctum esse, ut vir matrimonium contraheret non amplius quam XXV annos natus et femina non amplius quam XX annos nata; lex Papia Poppaea anno 9 post Chr. n. consulibus suffectis Papio et Poppaeo lata constituerat enim, ut, si alter coniunx sine liberis moreretur, superstes totam haereditatem capere non posse, nisi uxor minor XX annorum esset, vir minor XXV. cf. Ulpian. fr. 16, 1 Aliquando vir et uxor inter se solidum capere possunt, velutsi uterque vel alteruter eorum nondum eius aetatis sint, a qua lex liberos exigit, i. e., si vir minor annorum XXV sit aut uxor annorum XX minor. Tac. ann. 3, 25 relatum deinde de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus post Julias rogationes incitandis caelibum poenis et augendo aerario sanxerat. nec ideo coniugia et educationes liberum frequentabantur praevalida orbitate. Suet. Aug. 34 leges retractavit et quasdam ex integro sanxit, ut . . . de maritandis ordinibus. hanc cum aliquanto severius quam ceteras emendasset, prae tumultu recusantium perferre non potuit nisi adempta demum lenitave parte poenarum et vacatione triennii data auctisque praemiis . . . cumque etiam immaturitate sponsarum et matrimoniorum crebra mutationi vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartavit, divortiis modum imposuit. Dio Cass. 54, 16; 56, 17.
16 Spartian. vita Severi 14 ecce imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus. Lampridii vita Commodi 17, 11 Severus, imperator gravis et vir nominis sui.

exclusit? 9 Sed et iudicatos retro in partes secari a creditoribus leges erant, consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, in pudoris notam capitis poena conversa est. Bonorum adhibita proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.

10 Quot adhuc vobis repurgandae latent leges, quas neque annorum numerus neque conditorum dignitas commendat, sed aequitas sola? Et ideo cum iniquae recognoscuntur, merito damnantur, licet damnent. 11 Quomodo iniquas dicimus? Immo, si nomen puniunt, etiam stultas; si vero facta, cur de solo nomine puniunt facta, quae in aliis de admisso, non de nomine probata defendunt? Incestus sum; cur non requirunt? infanticida; cur non extorquent? In deos, in Caesares aliquid committo; cur non audior qui habeo quo purger? 12 Nulla lex vetat discuti quod prohibet admitti, quia neque iudex iuste ulciscitur, nisi cognoscat admissum esse quod non licet, neque civis fideliter legi obsequitur ignorans, quale sit quod ulciscitur. 13 Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiae suae debet, sed eis, a quibus obsequium exspectat. Ceterum suspecta lex est, si probari se non vult, inproba autem, si non probata dominatur.

V. Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat

1 retro *om.* V *sed cf. Hoppe* I *113* 2 est et in *edd.* 3 praescriptio P 5 quod PBDG repugnandae DELM leges latent D *edd.* 6 numerus *om.* F aequalitas ELM 7 licet et F 8 damnentur FL *Rhen. 2 Gel.* quomodo] quid modo *v. d. Vliet* 10 incestuosus D *Rhen. 1* 11 requiritur E infanticida F2BCLM *Gel. Pam. Herald. Rig.* infanticidia F1 PDG *Rhen.* 12 in Caesarum incestum aliquod LM quod purg. LM 13 vetat *om.* P 14 civis] quis D *Rhen. Sout.* 15 ulciscitur F ulciscitur lex V 16 solam M 17 si F quae V 18 si *om.* M dominatur F dominetur V 19 V. contra idola V tractemus *Rufin. h. e. 2, 2, 5*

1 Gell. 20, 1, 48 sed eam capitis poenam sanciendae . . . fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt. nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt (leges XII tabularum). et quidem verba ipsa legis dicam . . .: tertiis, inquit, nundinis partis secanto. si plus minusve secuerunt, se fraude esto. Quintil. 3, 6, 84 in duodecim tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit.

3 suffundere: rubore suffundere; cf. Hoppe I 139; c. 37, 6; de virg. velandis 2 (I 886 Oehl.) sancti viri est suffundi, si virginem viderit; ad . Marc. 2, 3 (337, 9 K) bonitas aeterna . . . suffundens iam hinc bonitatem dei Marcionis; 5, 1 (569, 19 K) et impudentiam suffundam.

13 sqq. ad nat. 1, 6 (66, 22 RW) nulla lex prohibet inquirere, atquin pro legibus facit inquisitio. quomodo enim legem observabis cavendo quod lege prohibetur, adempta diligentia cavendi per defectionem agnoscendi quid observes? nulla sibi lex debet conscientiam iustitiae suae, sed eis a quibus captat obsequium. ceterum suspecta lex est, si probare se non vult. merito igitur tamdiu iustae in christianos et reverendae et observandae censentur, quamdiu ignoratur, quod persequuntur.

19—34,9 in Graecum vertit Euseb. h. e. 2, 2, 4—6; Liv. 9, 16 itaque ex auctoritate senatus latum ad populum est (anno 304 a. Chr. n.), ne quis templum aramve iniussu senatus aut tribunorum plebei partis maioris dedicaret. ad nat. 1, 10 (75, 21 RW) mentior, si nunquam censuerant, ne qui imperator fanum, quod in bello vovisset, prius dedicasset, quam senatus probasset; ut contigit

decretum, ne qui deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu probatus. Scit M. Aemilius de deo suo Alburno. Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam deo propitius esse debebit. 2 Tiberius ergo, cuius tempore nomen christianum in saeculum intravit, adnuntiata sibi ex Syria Palaestina, quae illic veritatem istius divinitatis revelaverant, detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit; Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus christianorum. 3 Consulite commentarios vestros; illic reperietis primum Neronem

1 probaretur DM 2 sit ELM Aburno M Albueno E 4 deo *om.* F 5 in *om.* F1 intravit F *Rufin. h. e. 2, 2, 6 εἰσελήλυθεν Euseb. h. e. 2, 2, 6* introivit V 6 adnuntiata F *Rufin. l. c.* adnuntiatum V quae FV quod BD *Gel. Pam.* istius F *Rufin. h. e. 2, 2, 6 τούτου Euseb. l. c.* ipsius V illius DL *Rhen. Gel. Pam. Herald.* 7 revelaverant F *Rufin. l. c. Rig.* revelaverat V revelarat D *edd.*

M. Aemilio, qui voverat Alburno deo. utique enim impiissimum, immo contumeliosissimum admissum est, in arbitrio et libidine sententiae humanae locare honorem divinitatis, ut deus non sit, nisi cui esse permiserit senatus. adv. Marc. 1, 18 (313, 26 K) alioquin, si hic homo deum commentabitur, quomodo Romulus Consum . . . et Metellus Alburnum et quidam ante hoc tempus Antinoum.

5 sq. cf. 21, 24; Oros. hist. 7, 4, 5 sqq. at postquam passus est dominus Christus atque a mortuis resurrexit et discipulos ad praedicandum dimisit, Pilatus, praeses Palaestinae provinciae, ad Tiberium imperatorem atque ad senatum rettulit de passione et resurrectione Christi consequentibusque virtutibus, quae vel per ipsum palam factae fuerant vel per discipulos ipsius in nomine eius fiebant, et de eo, quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni favoris rettulit ad senatum, ut Christus deus haberetur. senatus indignatione motus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit edictoque constituit, exterminandos esse urbe christianos . . . Tiberius tamen edicto accusatoribus christianorum mortem comminatus est. cf. Chrysost. hom. 26, 4 in ep. 2 ad Cor. (Montf. X 624 a); laudavit Justinus quoque acta, quae Pilatus de Christo ad Tiberium misisse dicebatur (apol. 1, 35, 9 *καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε, δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων.* 1, 48, 3 *ὅτι δὲ ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων μαθεῖν δύνασθε*), sed quae extant „Acta seu gesta Pilati", quae eadem sub titulo „evangelium Nicodemi" feruntur (edd. Tischendorf, evangelia apocrypha 210—286 et Thilo, codex apocr. novi test. I 796), saeculo IV. orta sunt (cf. Lipsius, die Pilatusakten, Kiel 1886) itemque „epistula Pilati ad imperatorem Claudium", quae pars est actorum Petri et Pauli.

6 Palaestina, postquam a Pompeio a. 63 a. Chr. n. expugnata est, erat pars Syriae provinciae; Hierosolymis a Tito captis et deletis Judaeae in provinciae formam redactae nomen datum est Syria Palaestina; hanc appellationem Tertullianus per errorem iam ad Tiberii tempora refert.

7 praerogativa suffragii: imperator, princeps senatus, primo loco sententiam ferre solebat.

10—35,4 damnatum: Euseb. h. e. 2, 25, 4.

Scorp. 15 (178, 11 RW) vitas Caesarum legimus: orientem fidem Romae primus Nero cruentavit. Lact. de mort. pers. 2, 6 (II 175, 5 B) primus omnium persecutus dei servos Petrum cruci adfixit, Paulum interfecit. Oros. hist. 7, 7, 10 nam primus Romae christianos suppliciis et mortibus affecit ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit ipsumque nomen exstirpare conatus beatissimos Christi apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit.

in hanc sectam cum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse. Tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intellegere potest non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. 4 Temptaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed quia et homo, facile coeptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat. Tales semper nobis insecutores iniusti inpii turpes, quos et ipsi damnare consuestis, a quibus damnatos restituere soliti estis.

5 Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum divinum humanumque sapientibus edite aliquem debellatorem christianorum! 6 At nos e contrario edimus protectorem, si litterae Marci Aurelii, gravissimi imperatoris, requirantur, quibus illam Germanicam sitim christianorum forte militum precationibus inpetrato imbri discussam

---

1 cum F2V *om.* F1 tum GL *Rhen. Gel. Pam. Herald ἡνίκα μάλιστα Euseb. h. e. 2, 25, 4* glaccho M graccho L 2 surrexisse LM tali F *Euseb. Rufin. l. c.* sed tali V gloriemur DG *Rhen.* 3 grande aliquod bonum FV *μέγα τι ἀγαθόν Euseb. l. c.* aliquod bonum grande P[1] DG *Rhen.* 4 poitio FV *μέρος Euseb. h. e. 3, 20, 7* praenomine *Scaliger* pro nomine *Fulv. Ursin.* 5 quia et DGM *Rhen. Gel.* qua et V quia F *Wal. ἅτε Euseb. l. c.* quasi *Rufin l. c.* 6 nobis semper *Rufin l. c.* 7 consuetis LM 9 usque ad GLM *Pam.*

---

1 cum maxime: inprimis; cf. Min. Fel. 5, 1 de quo cum maxime quaerimus.

4 temptaverat — 6 relegaverat: Euseb. h. e. 3, 20, 7. Hegesippus apud Euseb. h. e. 3, 20, 5 *ἐφ' οἷς* (quae de Christo ei responderant *οἱ ἀπὸ γένους τοῦ κυρίου υἱωνοὶ Ἰούδα τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ περιόντες*) *μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανόν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διωγμόν.*

5 quia et homo: *ἅτε ἔχων τι συνέσεως*: Eusebius; sed quasi homo: Rufinus. cf. de anima 55 (388, 1 RW) quodsi Christus, quia et homo, mortuus secundum scripturas et sepultus secundum easdem huic quoque legi satisfecit forma humanae mortis apud inferos functus.

6 re vera Orosius hist. 7, 11, 2 narrat Nervam, successorem Domitiani primo edicto suo exules revocasse, unde et Johannes apostolus hac generali indulgentia liberatus Ephesum rediit. cf. Dio Cass. 68, 1.

11 ad Scap. 4 (I 548 Oehl.) Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione christianorum militum orationibus ad deum factis imbres in siti illa impetravit; tunc et populus . . . in Jovis nomine deo nostro testimonium reddidit. Apollinaris episcopus Hierapolitanus apud Euseb. h. e. 5, 5, 1 sq. *Τούτου δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Αὐρήλιον Καίσαρα λόγος ἔχει Γερμανοῖς καὶ Σαρμάταις ἀντιπαραταττόμενον μάχῃ δίψει πιεζομένης αὐτοῦ τῆς στρατιᾶς ἐν ἀμηχανίᾳ γενέσθαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Μελιτηνῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος στρατιώτας διὰ πίστεως ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο συνεστώσης ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ γῆν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος ἐπὶ τὰς πρὸς θεὸν ἱκεσίας τραπέσθαι. παραδόξου δὲ τοῖς πολεμίοις τοῦ τοιούτου δὴ θεάματος φανέντος ἄλλο τι λόγος ἔχει παραδοξότερον ἐπικαταλαβεῖν αὐτίκα· σκηπτὸν μὲν εἰς φυγὴν καὶ ἀπώλειαν συνελαύνοντα τοὺς πολεμίους, ὄμβρον δὲ ἐπὶ τὴν τῶν τὸ θεῖον παρακεκληκότων στρατιάν, πᾶσαν αὐτὴν ἐκ τοῦ δίψους μέλλουσαν ὅσον οὔπω διαφθείρεσθαι ἀνακτώμενον. . .* 4 *ἐξ ἐκείνου . . . τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ.* (Erat ei autem iam Augusti temporibus cognomen Fulminatae; Dio Cass. 55, 23, 5 *τὸ δωδέκατον τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ κεραυνοφόρον.* CIL III p. 95). Dio Cass. 71, 8, 3 *τῶν οὖν Ῥωμαίων ἐν παντὶ κακοῦ καὶ ἐκ τοῦ καυμάτου καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων τοῦ τε ἡλίου καὶ τοῦ δίψους γενομένων καὶ μήτε μάχεσθαι διὰ ταῦτα μήτε χωρῆσαί πῃ δυναμένων, ἀλλ' ἔν τε τῇ τάξει καὶ τοῖς*

contestatur. Sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatorum damnatione, et quidem tetriore. 7 Quales ergo leges istae, quas adversus nos soli executur impii iniusti turpes truces vani dementes, quas Traianus ex parte frustratus est vetando inquiri christianos, quas nullus Hadrianus, quamquam omnium curiositatum explorator, nullus Vespasianus, quamquam Iudaeorum debellator, nullus Pius, nullus Verus inpressit! 8 Facilius utique pessimi ab optimis quibusque, ut ab aemulis, quam a suis sociis eradicandi iudicarentur.

VI. Nunc religiosissimi legum et paternorum institutorum protectores et ultores respondeant velim de sua fide et honore et obsequio erga maiorum consulta, si a nullo desciverunt, si in nullo exorbitaverunt, si non necessaria et aptissima quaeque disciplinae oblittera-

2 accusatorum F accusatoribus V 3 deteriore E VI de legibus. Quales V 4 executur F2 exequuntur F1 *Rig.* *ἕπονται Euseb. h. e. 5, 5, 7* exercent V 6 *post* nullus *in* F *exemplum Vespasiani, tum Hadriani legitur*; *Euseb. l. c. imperatores hoc affert ordine: Vespas. Traian. Hadrian.* 7 curiositatum omnium DE *edd.* 8 Verus] Nero L 9 eradicare M 10 religiosissime LM 11 cultores G *edd.* institutores E respondent M 12 pro erga M disciverunt PBG disciverus M

τόποις ἑστηκότων καὶ κατακαιομένων νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ ἀθεεὶ κατερράγη. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει Ἀρνοῦφίν τινα μάγον Αἰγύπτιον συνόντα τῷ Μάρκῳ ἄλλους τέ τινας δαίμονας καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι καὶ δι᾽ αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. Capitolin. vita M. Anton. 24, 4 fulmen de caelo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit suis pluvia inpetrata, cum siti laborarent. — Testis huius rei est etiam columna Marci Romae collocata, in qua Juppiter pluvius cernitur super exercitibus multa aqua stillans, at non fulminans (Petersen in Mitt. d. archäol. Inst., Röm. Abt. IX, Rom 1894, 78). De litteris imperatoris ad senatum missis cf. Harnack, Sitzungsber. d. preuß. Ak. d. Wiss., Berlin 1894, II 835 sqq. J. Geffcken, Neue Jahrb. f. d. kl. Altert. 3 (1899) 253 sqq.

2 Capitol. vita M. Anton. 11, 1 cavit et sumptibus publicis et calumniis quadruplatorum intercessit adposita falsis delatoribus nota. — Justini apologiae primae adiectae sunt epistulae et Hadriani ad Minucium Fundanum data, qua constituit, ut in delatores christianorum animadverteretur, si adversus leges illos quicquam agere probare non possent, et ad commune Asiae data, in qua est (§ 7) *εἰ δέ τις ἔχει πρός τινα τῶν τοιούτων πρᾶγμα καταφέρειν ὡς τοιούτου, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, κἂν φαίνηται τοιοῦτος ὤν, ἐκεῖνος δὲ ὁ καταφέρων ἔνοχος ἔσται τῆς δίκης*, et Marci Antoni epistula ad senatum, qua testatur christianos victoriae causam fuisse; in hac autem legimus *εἰ δὲ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ ὅτι χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι, γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον ἢ ὅτι χριστιανός ἐστι μόνον, τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον ζῶντα καίεσθαι.*

7 Spartian. vita Hadr. 11, 4 et erat curiosus non solum domus suae sed etiam amicorum ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret. Dio Cass. LXIX 5, 1 *ᾐτιῶντο μὲν δὴ ταῦτά τε αὐτοῦ καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς τότε περίεργον καὶ τὸ πολύπραγμον.*

8 impressit: praesidibus graviter inculcavit. cf. c. 18, 1; de pallio 4 (I 941 Oehl.) quod graviter senatui impressit.

10 sqq. ad nat. 10 (74, 16 RW) iam primo quod in nos generali accusatione dirigitis, divortium ab institutis maiorum, considerate etiam atque etiam, ne vobiscum communicemus crimen istud.

verunt. 2 Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem conprimentes, quae centum aera non amplius in cenam subscribi iubebant nec amplius quam unam inferri gallinam et eam non saginatam, quae patricium, quod decem pondo argenti habuisset, pro magno ambitionis titulo senatu submovebant, quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant, quae dignitatum et honestorum natalium insignia non temere nec inpune usurpari sinebant? 3 Video enim et centenarias cenas a centenis iam sestertiis dicendas, et in lances — parum est, si senatorum et non libertinorum vel adhuc flagra rumpentium — argentaria metalla producta. Video et theatra nec singula satis esse nec nuda. Ne vel hieme voluptas inpudica frige-

1 quoniam PM 4 pondera E 5 titulo ambitionis D *edd.* submoverunt F *Wal.* 6 dignitatum BEL *Rhen. Pam. Rig.* dignitatem PDG *Gel. Herald.* 10 prodacta *Souter.* 11 ne F nam ne V

1 sqq. Gell. 2, 24, 2 legi . . . senatus decretum vetus C. Fannio et M. Valerio Messalla consulibus factum, in quo iubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent . . ., iurare apud consules verbis conceptis non amplius in singulas cenas sumptus esse facturos quam centenos vicenosque aeris praeter olus et far et vinum neque vino alienigena, sed patriae usuros neque argenti in convivio plus quam libras centum inlaturos. sed post id senatus consultum lex Fannia (161 a. Chr. n.) lata est, quae ludis Romanis . . . et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos aeris insumi concessit decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris autem diebus omnibus denos. — Plin. n. h. 10, 50, 139 hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucre poneretur praeter unam gallinam, quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. — similes leges sumptuariae sunt lex Licinia (103 a. Chr. n.), Aemilia (115 a. Chr. n.), quibus ciborum genus et modus praefinitus est, aliae, de quibus videas Gell. 2, 24, 7 sqq.

4 Val. Max. 2, 9, 4 quid de Fabrici Luscini censura loquar? narravit omnis aetas et deinceps narrabit ab eo Cornelium Rufinum duobus consulatibus et dictatura speciosissime functum, quod X pondo vasa argentea conparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum in ordine senatorio retentum non esse.

5 de spect. 10 (12, 7 RW) nam saepe censores nascentia cum maxime theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant. Aug. de civ. 1, 32 pontifex autem propter animorum cavendam pestilentiam ipsam scenam construi prohibebant.

10 flagra rumpentium: in quorum tergis flagra rumpuntur, quam ob rem apud Plautum servi plagipatidae (Capt. 3, 1, 12; Most. 2, 1, 9) et flagritribae (Pseud. 1, 2, 5) dicuntur. Juven. 8, 247 nodosam post hoc frangebat vertice vitem. — de pallio 5 (I 952 Oehl.) qua lances centenarii ponderis Sulla molitur. vereor sane, ne parva sit ista trutina cum Drusillanus, equidem servus Claudii, quingenariam promulsidem aedificat, suprascriptis fortassan mensis necessariam, cui, si officina exstructa est, debuit et triclinium. Plin. n. h. 33, 11, 145 Claudi principatu servos eius Drusilianus nomine Rotundus . . . quingenariam lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat et comites eius octo ad CCL libras, quaeso ut quam multi eas conservi eius inferrent, aut quibus cenantibus?

11 Stat. Silv. 3, 5, 91 geminam molem nudi tectique theatri. Lucr. 4, 75 et vulgo faciunt id lutea russaque vela Et ferrugina, cum magnis intenta theatris Per malos vulgata trabesque trementia flutant. Prop. 4, 1, 15 nec sinuosa cavo pendebant vela theatro; 3, 18, 3 aut modo tam pleno fluitantia vela theatro. Ov. ars 1, 103 tunc neque marmoreo pendebant vela theatro Nec fuerant liquido pulpita rubro croco. Plin. n. h. 19, 23 postea in theatris tantum umbram fecere,

ret, primi Lacedaemonii odium penulae ludis excogitaverunt. Video et inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen relictum. 4 Circa feminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quae modestiae, quae sobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat praeter unico digito, quem sponsus obpignerasset pronubo anulo; cum mulieres usque adeo vino abstinerentur, ut matronam ob resignatos cellae vinariae loculos sui inedia necarint, sub Romulo vero quae vinum adtigerat, inpune a Mentennio marito trucidata sit. 5 Idcirco et oscula propinquis offere etiam necessitas erat, ut spiritu iudicarentur. 6 Ubi est illa felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab urbe condita nulla repudium domus scripsit? At nunc in feminis prae auro nullum leve est membrum, prae vino nullum liberum est osculum, repudium vero iam et votum est, quasi matrimonii fructus.

1 odium penulae F penulam P primi — excogitaverunt *secl. Col.* 2 prostitutas E discrimine M derelictum E erelictum M 5 unicum digitum ELM 6 a vino F1 *cf. praef. 6* abstinerent DEG *Rhen. Gel.* 8 Mecennio *edd.* sit FV est D *edd.* 9 etiam *om.* D *edd.* 10 diiudicarentur F 11 qua] quae PBDGLM

quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. Val. Max. 2, 4, 6. Q. Catulus . . . primus spectantium consessum velorum umbraculis texit.

1 de cor. 1 (I 416 Oehl.) gravissimas penulas. cf. Mart. 14, 145 paenula gausapina. — Lacedaemonii magis ad bella hieme gerenda quam ad ludos visendos penulas graves et prae pondere odiosas excogitaverunt.

2 de cultu fem. 2, 12 (I 731 Oehl.) quanto autem blasphemabile est, si, quae sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultae et expictae.

5 Plin. n. h. 1, 1, 12 hi quoque qui ob legationem acceperant aureos (anulos), in publico tantum utebantur iis, intra domos vero ferreis, quo argumento etiam nunc sponsae muneris vice ferreus anulus mittitur isque sine gemma.

6 sqq. Plin n. h. 14, 13, 89 non licebat id feminis Romae bibere. invenimus inter exempla Egnati Metenni uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam fusti a marito eumque caedis a Romulo absolutum. Serv. Aen. 1, 737 apud maiores nostros feminae non utebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus. denique femina quae sub Romulo vinum bibit occisa est a marito, Mecennius absolutus, id enim nomen marito. Gell. 10, 23, 1 mulieres Romae atque in Latio aetatem abstemias egisse, hoc est vino semper . . . abstinuisse dicunt institutumque, ut cognatis osculum ferrent deprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent. Val. Max. 2, 1, 5 vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus a Libero patre intemperantiae gradus ad inconcessam venerem esse consuevit.

11 de monogam. 9 (I 775 Oehl.) adeo autem repudium a primordio non fuit, ut apud Romanos post annum sescentesimum urbis conditae id genus duritiae commissum denotetur. Val. Max. 2, 1, 4 repudium inter uxorem et virum a condita urbe usque ad centesimum et quinquagesimum annum nullum intercessit. primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit. Gell. 4, 3, 1 memoriae traditum est quingentis fere annis post Romam conditam nullas rei uxoriae neque actiones neque cautiones in urbe Roma aut in Latio fuisse, quoniam profecto nihil desiderabatur nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus.

14 Senec. de benef. 3, 16, 2 numquid iam ulla repudio erubescit, postquam illustres quaedam ac nobiles feminae non consulum numero, sed maritorum annos suos conputant et exeunt matrimonii causa, nubunt repudii?

7 Etiam circa ipsos deos vestros quae prospecte decreverant patres vestri, iidem vos obsequentissimi rescidistis. Liberum patrem cum mysteriis suis consules senatus auctoritate non modo urbe, sed universa Italia eliminaverunt. 8 Serapidem et Isidem et Arpocratem cum suo cynocephalo Capitolio prohibitos, id est curia deorum pulsos, Piso et Gabinius consules, non utique christiani, eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium et otiosarum superstitionum vitia cohibentes. His vos restitutis summam maiestatem contulistis.

9 Ubi religio, ubi veneratio maioribus debita a vobis? Habitu victu instructu sensu, ipso denique sermone proavis renuntiastis. Laudatis semper antiquitatem, et nove de die vivitis. Per quod ostenditur, dum a bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere et custodire, quae non debuistis, cum quae debuistis non custodistis. 10 Ipsum adhuc quod videmini fidelissime tueri a patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis christianos destinatis, studium dico deorum

1 perspecte BD *Rhen.* specte F 2 idem PM ipsi L recidisti M 2 tum F1 3 suis *om.* D *edd.* 5 prohibitos F prohibitos inferri V *cf. ad nat. 1, 10, (76, 3 RW)* 11 antiquos sed nove F *cf. ad nat. 1, 10 (74, 29 RW)* 12 bonis] nobis M 13 cumque debuistis PEM ipsum F *om.* V *edd.* 15 destinatis FL *Pam. Herald. Rig.* destinastis V *Rhen. Gel. cf. ad nat. 1, 10 (75, 4 RW)*

4 eliminaverunt: senatus consulto de Bacchanalibus a. 186 a. Chr. n. Ad nat. 1, 10 (75/76 RW) certe Liberum Patrem cum socru sua consules senatus auctoritate non urbe solummodo, verum tota Italia eliminaverunt. cf. Liv. 39, 8—19; Val. Max. 1, 3, 1 Bacchanalium mysteria fuere Romae. sed cum temporibus nocturnis viri ac feminae pariter essent furerentque, multoco lentium sanguine et peregrina sacra abolita sunt. Aug. civ. 6, 9 sic Bacchanalia summa celebrabantur insania; ubi Varro ipse confitetur a Bacchantibus talia fieri non potuisse nisi mente commota. haec tamen postea displicuerunt senatui saniori et ea iussit auferri.

ad nat. 10 (76, 2 RW) ceterum Serapem et Isidem et Arpocraten et Anubem prohibitos Capitolio Varro commemorat. earumque aras a senatu deiectas nonnisi per vim popularium restructas. sed tamen Gabinius consul Kalendis Januariis, cum vix hostias probaret prae popularium coetu, quia nihil de Serape et Iside constituisset, potiorem habuit senatus censuram quam impetum vulgi et aras instituti prohibuit. Val. Max. 1, 3, 4 L. Aemilius Paulus consul, cum senatus Isidis et Serapis fana diruenda censuisset eaque nemo opificum adtingere auderet, posita praetexta securem arripuit templique eius foribus inflixit. Arnob. 2, 73 quid, vos Aegyptiaca numina, quibus Serapis atque Isis est nomen, non post Pisonem et Gabinium consules in numerum vestrorum rettulistis deorum? — depulsis his numinibus novum templum a triumviris decretum est a. 43 a. Chr. n. cf. Dio Cass. 47, 15.

5 curia deorum: de spect. 7 (8, 28 RW) sciunt homines illius urbis, in qua daemoniorum conventus consedit. 12 (15, 10) Capitolium, omnium daemonum templum est.

9 sqq. ad nat. 1, 10 (74, 19 RW) ecce enim per omnia vitae ac disciplinae corruptam, immo deletam in vobis antiquitatem recognosco. de legibus quidem iam supra dictum est, quod eas novis de die consultis constitutisque obruistis. de reliqua vero conversationis humanae dispositione palam subiacet, quanta a maioribus mutaveritis, cultu habitu apparatu ipsoque victu ipsoque sermone; . . . sane quod vobis probro est, laudatis semper vetustates et nihilominus recusatis . . . sed et ipsum quod videmini a maioribus traditum fidelissime custodire et defendere, vel quo maxime reos nos transgressionis postulatis, de quo totum odium christiani nominis animatur, deorum dico culturam, perinde a nobis destrui ac despici ostendam.

colendorum, de quo maxime erravit antiquitas, licet Serapidi iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras immoletis, suo loco ostendam proinde despici et neglegi et destrui a vobis adversus maiorum auctoritatem. 11 Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, ut viam mihi ad manifestiora purgem.

VII. Dicimur sceleratissimi de sacramento infaticidii et pabulo inde et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum, in libidinum inpiarum verecundiam procurent. Dicimur tamen semper, nec vos quod tamdiu dicimur, eruere curatis. Ergo aut eruite, si creditis, aut nolite credere, qui non eruistis. 2 De vestra vobis dissimulatione praescribitur non esse quod nec ipsi audetis eruere. Longe aliud munus carnifici in christianos imperatis, non ut dicant quae faciunt, sed ut negent quod sunt.

3 Census istius disciplinae, ut iam edidimus, a Tiberio est. Cum odio sui coepit veritas; simul atque adparuit, inimica est. Tot hostes

1 de *om.* LM 2 Romanos M licet Baccho] libacho M 3 immoletis FE immolaretis V immolaritis *Rhen. Gel. Pam.* 5 viam] iam DLM ad *om.* M 6 pergam *Rhen. Gel. Pam.* 8 incestos M leones M 9 in F *om.* V *cf. praef. 13* verecundiam F inverecundiam V *Rig.* inverecundia M *edd.* in verecundiam *Oehl. Thörn. IV 82, cf. ad nat. 1, 16 (86, 5 RW)* verum iam laudate consilium incesti verecundi. 11 eruitis FE *Gel. Wal.* 13 carnificii EG *Gel.* christianis ELM 16 simul veritas atque LM *Gel. Pam.* ver. atque ut E atque *om. Wal.* apparuit *om.* F

2 Lucan. Phars 8, 831 nos in templa tuam Romana accepimus Isim.
3 cf. c. 13—15.
5 cf. c. 4, 1.
7 ad nat. 1, 7 (68, 11 RW.) tot infantiae trucidatae, tot panes cruentati, tot strages lucernarum, tot errores nuptiarum. Min. Fel. 9, 5 sqq. iam de initiandis tirunculis fabula tam detestanda quam nota est. infans farre contectus, ut decipiat incautos, adponitur ei qui sacris inbuatur. is infans a tirunculo farris superficie quasi ad innoxios ictus provocato caecis occultisque vulneribus occiditur. huius, pro nefas, sitienter sanguinem lambunt, huius certatim membra dispertiunt, hac foederantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur . . . et de convivio notum est, passim omnes locuntur . . . ad epulas sollemni die coeunt cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines et omnis aetatis. illic post multas epulas, ubi convivium caluit et incestae libidinis ebrietatis fervor exarsit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulae ultra spatium lineae, qua vinctus est, ad impetum et saltum provocatur. sic everso et extincto conscio lumine inpudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis involvunt per incertum sortis, etsi non omnes opera, conscientia tamen incesti. Justin. apol. 1, 26, 7 *εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορᾶς, οὐ γινώσκομεν.* dial. c. Tryph. 10, 1 *ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην ἀποσβεννύντες τοὺς λύχνους ἀθέσμοις μίξεσιν ἐγκυλιόμεθα.* Orig. c. Cels. 6, 27 *κατασκεδάσασι δυσφημίαν τοῦ λόγου, ὡς ἄρα καταθύσαντες παιδίον μεταλαμβάνουσιν αὐτοῦ τῶν σαρκῶν, καὶ πάλιν ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου τὰ τοῦ σκότου πράττειν βουλόμενοι σβεννύουσι μὲν τὸ φῶς, ἕκαστος δὲ τῇ παρατυχούσῃ μίγνυται.* Euseb. h. e. 4, 7, 11; 5, 1, 14; Theophil. ad Autol. 3, 4; Athenag. 3, 1.
12 praescribere (ex usu iurisconsultorum): occurrere vel contradicere.
15 census: origo; censeri: originem ducere; cf. Hoppe I 119.
ad nat. 1, 7 (68, 2 RW) principe Augusto nomen hoc ortum est, Tiberio disciplina eius inluxit.

eius quot extranei, et quidem proprie ex aemulatione Iudaei, ex concussione milites, ex natura ipsi etiam domestici nostri. 4 Cottidie obsidemur, cottidie prodimur, in ipsis etiam plurimum coetibus et congregationibus nostris obprimimur. 5 Quis unquam taliter vagienti infanti supervenit? Quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum et Sirenum ora iudici reservavit? Quis vel in uxoribus aliqua inmunda vestigia deprehendit? Quis talia facinora, cum invenisset, celavit aut vendidit ipsos trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus?

6 Immo a quibus prodi potuit? Ab ipsis enim reis non utique, cum vel ex forma omnium mysteriorum silentii fides debeatur. Samothracia et Eleusinia reticentur, quanto magis talia, quae prodita interim

1 quod P^{1}tot F 2 etiam ipsi F 3 etiam F *om.* V *cf. ad nat. 1, 7 (69, 17 RW)* 5 sirenarum DGP *edd.* 6 iudicium LM aliqua V unquam F *sed cf. nat. 1, 7 (69, 21 RW)* quis . . . inmunda aliqua . . . indicia recognovit? 11 omnium mysteriorum F omnibus mysteriis V *cf. ad nat. 1, 7 (68, 21 RW)* debebatur LM adhibeatur D 12 si reticentur E interim *om.* F *cf. ad nat. 1, 7 (68, 23 RW)*

1 scorp. 10 (168, 12 RW) illic constitues et synagogas Judaeorum, fontes persecutionum.

2 cf. de fuga 12 (I 484 Oehl.) tu pacisceris cum delatore vel milite; (487) miles me vel delator vel inimicus concutit; 13 (490) talem pacem Christus mandavit a militibus redimendam; 14 (491) neque enim statim a populo eris tutus, si officia militaria redemeris. — concussio a iurisconsultis crimen dicitur, quo quis alterum illicite terret intendanda accusatione gravioris criminis aut simulando iussa minasve magistratuum, ut ab eo pecuniam extorqueat periculi vitandi causa.

Matth. 10, 36 et inimici hominis domestici eius; Senec. ep. 47, 5 totidem hostes quot servi; ad nat. 1, 7 (68, 29 RW) quid cum domestici eros vobis proderent? omnes a nullis magis prodimur. cf. Euseb. h. e. 5, 1, 14; Justin. apol. 2, 12, 4.

3 sqq. ad nat. 1, 7 (69, 16 RW) scitis et dies conventuum nostrorum, itaque et obsidemur et opprimimur et in ipsis arcanis congregationibus detinemur. quis umquam tamen semeso cadaveri supervenit? quis in cruentato pane vestigia dentium deprehendit? quis tenebris repentino lumine inruptis inmunda aliqua, ne dixerim incesta, indicia recognovit? si praemio inpetramus, ne tales in publicum extrahamur, quare et opprimimur? possumus et omnino non extrahi. quis enim proditionem criminis alicuius sine crimine ipso aut vendit aut redimit?

10 sqq. ad nat. 1, 7 (68, 17 RW) si quem tamen apud vos prudentiae locum iniquitas reliquisset, ad explorandam famae fidem utique iustitia poscebat dispicere, a quibus potuisset fama in vulgus et ita in totum orbem dari. ab ipsis enim christianis non opinor, cum vel ex forma ac lege omnium mysteriorum silentii fides debeatur. quanto magis talium quae prodita non vitarent interim humana animadversione praesentaneum supplicium? si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. oro vos ,extraneis unde notitia, cum etiam iusta et licita mysteria omnem arbitrum extraneum caveant, nisi inlicita minus spernunt?

11 Hor. c. 3, 2, 25 est et fideli tuta silentio merces; Apul. met. 3, 15 sacris pluribus initiatus profecto nosti sanctam silentii fidem.

Samothracia: mysteria Cabirorum; Cic. de nat. deor. 1, 42, 119 omitto Eleusinem sanctam illam et augustam, ,,ubi initiantur gentes orarum ultimae", praetereo Samothraciam eaque quae Lemni ,,nocturno aditu occulta coluntur silvestris saepibus densa"; Plin. n. h. 36, 5, 25 Venerem et Pothon, qui Samothrace sanctissime coluntur.

etiam humanam animadversionem provocabunt, dum divina servatur? 7 Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Et unde extraneis notitia, cum semper etiam piae initiationes arceant profanos et ab arbitris caveant, nisi si inpii minus metuunt?

8 Natura famae omnibus nota est. Vestrum est: 'fama malum, qua non aliud velocius ullum'. Cur malum fama? quia velox, quia index, an quia plurimum mendax? Quae ne tunc quidem, cum aliquid veri defert, sine mendacii vitio est, detrahens adiciens demutans de veritate. 9 Quid quod ea illi condicio est, ut non nisi cum mentitur perseveret et tamdiu vivit, quamdiu non probat? Siquidem ubi probavit, cessat esse et quasi officio nuntiandi functa rem tradit; exinde res tenetur, res nominatur. 10 Nec quisquam dicit verbi gratia: 'hoc Romae aiunt factum', aut: 'fama est illum provinciam sortitum', sed: 'sortitus est ille provinciam', et: 'hoc factum est Romae.'

11 Fama, nomen incerti, locum non habet ubi certum est. An vero famae credat nisi inconsideratus? quia sapiens non credit incerto. Omnium est aestimare, quantacumque illa ambitione diffusa est, quantacumque adseveratione constructa, quod ab uno aliquando

1 divina V divinitas F divinitus *Rau.* servatur F servantur V 2 ipsis M ipsi sunt F *cf. ad nat. 1, 7 (68, 24 RW)* 3 piae F impiae V *edd. cf. ad nat. 1, 7 (68, 25 RW)* 4 et F2V etiam F1 ab F *om.* V si *om.* F *Wal* 5 VII de infanticidio. Natura V qua FP²M *Isid. etym. 5, 27, 26 Oehl.* quia P¹ quo *rell. cf. ad nat. 1, 7 (67, 6 RW)* 6 *quia* (velox) F2V an quia F1 *cf. Hoppe I 73* 7 nec DGLM 8 defert F *cf. ad nat. 1, 7 (67, 6 RW)* adfert V 9 quid quod *om.* M 11 functam PBLM exinde F et exinde V *cf. ad nat. 1, 7 (67, 13 RW)* 13 aiunt F aut PM meavit L *om.* DG 14 factum Romae M 15 vero *om.* F *Wal.* 16 nisi si F qui F sapiens est F *cf. ad nat. 1, 7 (67, 18 RW)* 17 (d'ff.)est F *ad nat. 1, 7 (67, 19 RW)* sit V *Rau. cf. Hoppe II 33*

3 Hor. c. 3, 1, 1 odi profanum vulgus et arceo.

5 sqq. ad nat. 1, 7 (67, 5 RW) fama est. nonne haec est „fama malum, quo non aliud velocius ullum?" (Verg. Aen. 4, 174). cur malum, si vera semper sit? non mendacio? plurimumque ne tum quidem, cum vera defert, a libidine mendacii cessat, ut non falsa veris intexat adiciens detrahens varietate confundens. quid? quod ea condicio illi, ut nonnisi quoad mentitur perseveret. tamdiu enim vivit quamdiu non probat quicquam, siquidem approbata cadit et quasi officio nuntiandi functa decedit; exinde res tenetur, res nominatur, nec quisquam dicit verbi gratia: hoc Romae aiunt factum, aut: fama est illum provinciam sortitum, sed: ille provinciam sortitus est, et: hoc factum est Romae.

15 sqq. ad nat. 1, 7 (67, 16 RW) nemo famam nominat nisi incertus, quia nemo sit fama sed conscientia certus; nemo famae credit nisi stultus, quia sapiens non credit incerto. fama quantacumque ambitione diffusa est, ab uno aliquando ore exorta sit necesse est, exinde in traduces quodammodo linguarum et aurium serpit et modicum originum vitium maius rumoris obscurat, ut nemo recogitet, ne primum illud os mendacium seminaverit, quod saepe fit aut aemulationis ingenio aut suspicionis arbitrio aut etiam nova mentiendi voluptate. sed bene quod omnia tempus revelat, testibus sententiis et proverbiis vestris ipsaque natura, quae ita ordinata est, ut nihil lateat, etiam quod fama non prodidit. videte, qualem prodigiam adversus nos subornastis, quia quod semel detulit tantoque tempore ad fidem corroboravit usque adhuc probare non potuit. Min. Fel. 28, 6 omnium fama, quae semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur, sic est negotium daemonum. Justin. apol. 1, 2, 3.

principe exorta sit necesse est. 12 Exinde in traduces linguarum et aurium serpit, et ita modici seminis vitium cetera rumoris obscurat, ut nemo recogitet, ne primum illud os mendacium seminaverit, quod saepe fit aut ingenio aemulationis aut arbitrio suspicionis aut non nova, sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate.

13 Bene autem quod omnia tempus revelat, testibus etiam vestris proverbiis atque sententiis, ex dispositione naturae, quae ita ordinavit, ut nihil diu lateat, etiam quod fama non distulit. Merito igitur fama tamdiu conscia sola est scelerum christianorum. Hanc indicem adversus nos profertis, quae quod aliquando iactavit tantoque spatio in opinionem conroboravit, usque adhuc probare non valuit, ut fidem naturae ipsius adpellem adversus eos, qui talia credenda esse praesumunt.

VIII. Ecce proponimus horum facinorum mercedem: vitam aeternam repromittunt. Credite interim. De hoc enim quaero, an et qui credideris tanti habeas, ad eam tali conscientia pervenire? 2 Veni, de-

---

2 serpat DG *edd.* obscurant *Gel. Rau.* 3 recogitat M 7 divinae naturae F *Wal.* 9 christianorum. quod dicitur semper *(*semper semper F2*)* est quia quod est desinit dici F; *cf. praef. p. 15, 23* 11 temporis spatio F 11 VIII de fama incesti. Ut DG *edd. itemque post* valuit *novum capitulum incipere faciunt Rau. Wal.* 16 crediderit . . . habeat F *cf. ad nat. 1, 7 (71, 7 RW)* cupio respondeas, si tanti facis aeternitatem.

---

1 traduces: Isidor. etym. 5, 29, 26.

6 Matth. 10, 26; Marc. 4, 22; Luc. 8, 17; 12, 2; Peregrinus Proteus apud Gell. 12, 11 si sciant homines nihil omnium rerum diutius posse celari, repressius pudentiusque peccabitur. Sophocles ibidem: *πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ἅπανθ᾽ ὁρῶν Καὶ πάντ᾽ ἀκούων πάντ᾽ ἀναπτύσσει χρόνος.* cf. Otto, Sprichwörter 343.

14 sqq. ad nat. 1, 7 (70, 19 RW) ecce proponimus vobis disciplinae nostrae sponsionem. vitam aeternam sectatoribus et conservatoribus suis spondet, e contrario profanis et aemulis supplicium aeternum aeterno igni comminatur; ad utramque causam mortuorum resurrectio praedicatur. viderimus de fide istorum, dum suo loco digeruntur; interim credite, quemadmodum nos. volo enim scire, si per talia scelera adire parati estis, quemadmodum nos.

16 sqq. ad nat. 1, 7 (70, 25 RW) veni, si quis es, demerge ferrum in infantem; vel si alterius officium est, tu modo specta morientem animam antequam vixit, certe excipe rudem sanguinem in quo panem tuum saties, vescere libenter; interea discumbe, dinumera loca, ubi mater aut soror torum presserit; nota diligenter, ut, cum tenebrae inruerint, temptantes scilicet diligentiam singulorum, non erres extraneum incursans: piaculum feceris, nisi incestum. haec cum expunxeris, vives in aevum. cupio respondeas, si tanti facis aeternitatem? immo idcirco nec credis, etiam si credideris, nego te velle, etiam si velles, nego te posse. cur autem alii possint, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? . . . an alii ordines dentium christianorum, et alii specus faucium, et alii ad incesti libidinem nervi? non opinor . . . c. 8 (71, 16 RW) plane, tertium genus dicimur. an cynopennae aliqui vel sciapodes vel aliqui de subterraneo antipodes? Min. Fel. 30, 1 illum iam velim convenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et sanguine. putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum rudem sanguinem novelli et vixdum hominis caedat fundat exhauriat? nemo hoc potest credere nisi qui possit audere.

merge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium, vel si alterius officium est, tu modo adsiste morienti homini, antequam vixit; fugientem animam novam exspecta, excipe rudem sanguinem, eo panem tuum satia, vescere libenter. 3 Interea discumbens dinumera loca, ubi mater, ubi soror; nota diligenter, ut, cum tenebrae ceciderint caninae, non erres. Piaculum enim admiseris, nisi incestum feceris.

4 Talia initiatus et consignatus vives in aevum. Cupio respondeas, si tanti aeternitas; aut si non, ideo nec credenda. Etiamsi credideris, nego te velle; etiamsi volueris, nego te posse. Cur ergo alii possint, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? 5 Alia nos, opinor, natura, cynopennae aut sciapodes; alii ordines dentium, alii ad incestam libidinem nervi! Qui ista credis de homine, potes et facere; homo es et ipse, quod et christianus. Qui non potes facere, non debes credere. Homo est enim et christianus, quod et tu.

6 Sed ignorantibus subicitur et inponitur. Nihil enim tale de christianis adseverari sciebant, observandum utique sibi et omni vigilantia investigandum. 7 Atquin volentibus initiari moris est, opinor, prius patrem illum sacrorum adire, quae praeparanda sint describere. Tum

2 fidelium M 6 admiseris V feceris F *Löfst. II 46 Wal.* 7 feceris *om. Löfst. Wal. cf. ad nat. 1, 7 (71, 6 RW)* 8 vives *Löfst. I 80 vivis V cf. ad nat. 1, 7 (71, 1 RW)* 9 aut non M 10 possunt G *edd.* volunt D 11 alia V alii F *Hoppe II 31 sed cf. ad nat. 1, 8 (71, 16 RW); scorp. 10 (168, 15 RW)* usque quo genus tertium? nos FV non D 12 cynopenae F cynopaene D *Rig. Oehl.* sicapodes BLM sycapodes E siapodes D 15 quod et tu DEGL *Rhen. Gel.* et quod et tu PBM *Pam. Herald. Rig. Oehl.* 18 atqui DE 19 sunt EL discribere PM discere *Löfst. I 81*

1 sq. Apul. met. 4, 26 adulescens ..., quem filium publicum omnis civitas cooptavit.

8 ad Valent. 1 (177, 8 K) illa Eleusinia ... aditum prius cruciant diutius initiant quam consignant, cum epoptas ante quinquennium instituunt.

11 sq. alia natura: tertium genus; cf. ad nat. 1, 8; 1, 20 (92, 10 RW) habetis et vos tertium genus etsi non de tertio ritu, attamen de tertio sexu; cf. P. Corssen in N. Jahrbb. 35 (1915) 158.

12 cynopennae idem esse videntur qui cynocephali; cf. Plin. h. 7, 2, 23 in multis autem montibus genus hominum capitibus caninis ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu et aucupio vesci ... (Ctesias scribit) hominum genus, qui Monocoli vocarentur, singulis cruribus, mirae pernicitatis ad saltum; eosdem Sciapodas vocari, quod in maiori aestu humi iacentes resupini umbra se pedum protegant. Aug. civ. 16, 8 quid dicam de cynocephalis, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur? Hesych. lexic. *Σκιαπόδες οἱ ἐν Λιβύῃ πλατεῖς ἔχουσι τοὺς πόδας καὶ ποιοῦσι σκιὰν αὐτοῖς ἐν τῷ καύματι.* Gell. 9, 4, 7.

16 sq. ad nat. 1, 7 (70, 8 RW) prius fallaciae negotium perpetratur: ignaris et dapes et nuptiae subiciuntur; nihil enim umquam retro de christianis mysteriis audierant. tamen postea cognoscant necesse est vel aliis quos inducunt praeministranda.

18 sqq. ad nat. 1, 7 (69, 29 RW) sine dubio enim initiari volentibus mos est prius ad magistrum sacrorum vel patrem adire. tum ille dicet: infans tibi, qui adhuc vagit, necessarius, qui immoletur, et panis aliquantum, qui in sanguine

ille: ‘Infans tibi necessarius, adhuc tener, qui nesciat mortem, qui sub cultro tuo rideat; item panis, quo sanguinis iurulentiam conligas; praeterea candelabra et lucernae et canes aliqui et offulae, quae illos ad eversionem luminum extendant; ante omnia cum matre et sorore tua venire debebis.’ 8 Quid si noluerint vel nullae fuerint? quid denique sine pignore singulares christiani? Non eris, opinor, legitimus christianus nisi frater aut filius. Quid nunc, et si ista omnia ignaris praeparantur? Certe postea cognoscunt et sustinent et ignoscunt. 9 Timent plecti, si proclament, qui defendi merebuntur, qui etiam ultro perire malint, quam sub tali conscientia vivere? Age nunc, timeant; cur etiam perseverant? Sequitur enim, ne ultra velis id te esse, quod, si prius scisses, non fuisses.

IX. Haec quo magis refutaverim, a vobis fieri ostendam partim in aperto, partim in occulto, per quod forsitan et de nobis credidistis. 2 Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usque ad proconsulatum Tiberii, qui eosdem sacerdotes in eisdem arboribus

1 infanti (infans ti P) necessarius PDG morte M 2 quo] qui M virulentiam P¹BDGLM *Rhen. Gel.* 3 aliquid M 5 si venire noluerint F quid *edd.* quod PBDGLM quot E *Wal.* 6 sine pignore *om.* V *cf. Löfst. I 81* eris F erit V enim E *cf. ad nat. 1, 7 (70, 6 RW)* 9 proclamant *Rau.* 10 malint V malunt FL *Wal.* 13 quoque PDGLM que DE 14 et partim D *Rhen. Herald. Rig.* 16 proculatum M consulatum D eosdem V ipsos F *Hoppe II 112*

intingatur; praeterea candelabra, quae canes annexi deturbent, et offulae, quae eosdem canes: sed et mater aut soror tibi necessaria est. quid, si nullae erunt? opinor, legitimus christianus esse non poteris. haec, oro vos, denuntiata ab aliis sustinent prodi? verum opus non est scire illos. cf. ad c. 7, 1. Apul. met. 11, 21 nec minus in dies mihi magis magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat summisque precibus primarium sacerdotem saepissime conveneram petens, ut me noctis sacratae tandem arcanis initiaret. at ille vir . . . clementer ac comiter et ut solent parentes . . . spei melioris solaciis alioquin anxium mihi permulcebat animum. nam et diem quo quisque possit initiari deae nutu demonstrari et sacerdotem qui sacra debeat ministrare eiusdem providentia deligi, sumptus etiam caerimoniis necessarios simili praecepto destinari . . . 22 . . . indidem mihi praedicat quae forent ad usum teletae necessario praeparanda.

4 extendant: proripiant.

15 Scorp. 7 (160, 3 RW) sed enim Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud saeculum licuit et Latio ad hodiernum Jovi media in urbe humanus sanguis ingustatur. Min. Fel. 30, 3 nam Saturnus filios suos non exposuit, sed voravit; merito et in nonnullis Africae partibus a parentibus infantes immolabantur, blanditiis et osculo conprimente vagitum, ne flebilis hostia immoletur. Aug. civ. 7, 19 deinde ideo dicit a quibusdam pueros ei solitos immolari, sicut a Poenis, et a quibusdam etiam maiores, sicut a Gallis, quia omnium seminum optimum est genus humanum. Diod. Sic. 13, 86, 3 ʼΙμίλκας . . . ἱκέτευε τοὺς θεοὺς κατὰ τὸ πάτριον ἔθος τῷ μὲν Κρόνῳ παῖδα σφαγιάσας.

16 de arte magica Gallorum, qua homines immolabantur, Plin. tradit n. h. 30, 1, 13 namque Tiberi Caesaris principatus sustulit Druidas eorum et hoc genus vatum medicorumque per senatus consultum. Idem de Claudio tradit Suet. Claud. 25, 5. Rauschen et Waltzing lectione Fuldensis nixi „teste militia patris nostri“ rem non ad Tiberium imperatorem rettulerunt, sed proconsulem quendam Africae nomine Tiberium aliunde non notum; Tertulliani patrem enim centurionem fuisse Hieron. de vir. ill. 53 tradit.

templi sui obumbratricibus scelerum votivis crucibus vivos exposuit, teste militia patriae nostrae, quae id ipsum munus illi proconsuli est. 3 Sed et nunc in occulto perseveratur hoc sacrum facinus. Non soli vos contemnunt christiani, nec ullum facinus in perpetuum functa eradicatur, aut mores suos aliquis deus mutat. 4 Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabat quos quidem ipsi parentes sui offerebant et libentes respondebant et infantibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur. Et tamen multum homicidio parricidium differt.

5 Maior aetas apud Gallos Mercurio prosecabatur. Remitto fabulas Tauricas theatris suis. Ecce in illa religiosissima urbe Aeneadarum piorum est Iuppiter quidam, quem ludis suis humano sanguine proluunt. 'Sed bestiarii', inquitis. Hoc, opinor, minus quam hominis! An hoc turpius, quod mali hominis? certe tamen de homicidio funditur. O Iovem christianum et solum patris filium de crudelitate!

6 Sed quoniam de infanticidio nihil interest, sacro an arbitrio per-

1 vivos *om. V* 2 patris nostri F ad F manus F 3 perseverat E *Rhen. Gel. Pam.* 4 facinus F scelus V 5 aliquis DEF aliqui V aliquid M eius M 6 perseverabit E perseverasset sed F *Wal.* 7 suos M libenter DL libantes E 9 offert M 10 prosecabatur F prosecatur V *cf. Min. Fel. 30, 4* ritus fuit . . . et Mercurio gallos humanas vel inhumanas victimas caedere. tabulas BELM 11 ecce V sed et F 12 est. est Jupiter PM proluunt sanguineD *edd.* 13 bestiariorum D bestiarum EL bestiariis M opinor hoc DG

1 Apul. met. 6, 3 videt dona pretiosa et lacinias auro litteratas ramis arborum postibusque (fani) suffixas.

5 sq. ad nat. 2, 7 (107, 26 RW) cur Saturno alieni liberi immolantur, si ille suis pepercit. cf. ad c. 9, 2. Lact. div. inst. 1, 21, 10 (80, 11 B) nam de infantibus qui eidem Saturno immolabantur propter odium Jovis quid dicam non invenio. tam barbaros tam immanes fuisse homines, ut parricidium suum, id est taetrum atque exsecrabile humano generi facinus sacrificium vocarent, cum teneras atque innocentes animas . . . sine ullo respectu pietatis extinguerent.

10 sqq. adv. Marc. 1, 1 (291, 15 K) nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet, quae fabulas scenis dedit de sacrificiis Taurorum et amoribus Colchorum et crucibus Caucasorum. Min. Fel. 30, 4 Tauris etiam Ponticis et Aegyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare et Mercurio Gallos humanas vel inhumanas victi mas caedere, Romani Graecum et Graecam, Gallum et Gallam sacrificii viventes obruere hodieque ab ipsis Latiaris Juppiter homicidio colitur et, quod Saturni filio dignum est, mali et noxii hominis sanguine saginatur. Lact. div. inst. 1, 21, 3 (79, 4 B) ne Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt, siquidem Latiaris Juppiter etiamnunc sanguine colitur humano. Athanas. c. gentes 21 *Σκύθαι γὰρ οἱ καλούμενοι Ταύριοι τῇ παρ' αὐτοῖς παρθένῳ καλουμένῃ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων καὶ ὅσους ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων εἰς θυσίαν ἀναφέρουσιν.*

16 sqq. Lact. div. inst. 6, 20, 16 ita neque militare iusto licebit, cuius militia est ipsa iustitia, neque vero accusare quemquam crimine capitali, quia nihil distat utrumne ferro an verbo potius occidas, quoniam occisio ipsa prohibetur. itaque in hoc dei praecepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefas, quem deus sacrosanctum animal esse voluit. ergo ne illut quidem concedi aliquis existimet, ut recens natos liceat oblidere, quae vel maxima est inpietas: ad vitam enim deus inspirat animas, non ad mortem. verum homines, ne quod sit facinus quo manus suas non polluant, rudibus adhuc et simplicibus animis abnegant lucem non a se datam.

petretur, licet de homicidio intersit, convertar ad populum. Quot vultis ex his circumstantibus et in christianorum sanguinem inhiantibus, ex ipsis etiam vobis iustissimis et severissimis in nos praesidibus apud conscientias pulsem, qui natos sibi liberos enecent? 7 Si quidem et de necis genere differt, utique crudelius in aqua spiritum torquetis aut frigori et fami et canibus exponitis, ferro enim mori aetas quoque maior optaverit. 8 Nobis vero homicidio semel interdicto etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci, nec refert, natam quis eripiat animam an nascentem disturbet. Homo est et qui est futurus; etiam fructus omnis iam in semine est.

9 De sanguinis pabulo et eiusmodi tragicis ferculis legite, necubi relatum sit — est apud Herodotum, opinor — defusum brachiis sanguinem et alterutro degustatum nationes quasdam foederi conparasse. Nescio quid et sub Catilina tale degustatum est. Aiunt et apud quos-

---

1 patretur F de homicidio *scripsi* de parricidio F parricidium homicidio V *ex p. 46, 9;* quod PDEGM 2 inhiantibus F *cf. p. 49, 1. 19* hiantibus V 4 siquidem et V si quid E si quid et F *Wal. cf. p. 49, 11* 5 genere necis V torquetis F extorquetis V *cf. Isidor. etym. 5, 27, 35* in aqua spiritum torquente exstingui. *Löfst. II 46* 6 et . . . et V aut . . . aut F *Wal.* exponentes F 7 homicidio semel FD *Gel. Pam. Herald. Rig.* semel homicidio V 8 uterum F delibatur E *edd.* deliberatur V 12 tragoecis PM erogatis E ferculis V fabulis F 13 est *om.* F diffusum ELM *Rhen. Gel. Pam.* 14 et F ex V 15 quod M catallina M tale *om.* V et *om.* DL*Rhen. Gel.*

---

5 sqq. ad nat. 2, 15 (85, 10 RW) non aliter vos quoque infanticidae, qui infantes editos enecantes legibus quidem prohibemini . . . sed nec eo distat, si vos non ritu sacri neque deis necatis. atquin hoc asperius, quod frigore et fame aut bestiis obicitis aut longiore in aquis morte summergitis. at et si quo genere dissimilius penes vos fit, eo adicite, quod vestra pignora extinguitis. Lact. div. inst. 6, 20, 21 (559, 5 B) quid illi quos falsa pietas cogit exponere? num possunt innocentes existimari qui viscera sua in praedam canibus obiciunt et quantum in ipsis est crudelius necant quam si strangulassent? Min. Fel. 30, 2 vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere; sunt quae in ipsis visceribus medicaminibus et potis originem futuri hominis extinguant et parricidium faciant, antequam pariant. Senec. dial. 3, 15 liberos quoque, si debiles monstrosique editi sunt, mergimus.

8 Censor. de die natal. 9, 3 dum aut semen in sanguinem aut sanguis in carnem aut caro in hominis figuram convertitur.

13 Herod. 4, 70 *ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὸ ὅρκιον ταμνομένων, τύψαντες ὑπέατι ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες ἐς τὴν κύλικα ἀκινάκην καὶ ὀϊστοὺς καὶ σάγαριν καὶ ἀκόντιον· ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλὰ καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι αὐτοί τε οἱ τὸ ὅρκιον ποιεύμενοι καὶ τῶν ἑπομένων οἱ πλείστου ἄξιοι.*

15 Sall. Cat. 22 fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita . . . humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse . . . sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit. Suidas s. v. *Λούκιος*. Min. Fel. 30, 5 ipsum credo docuisse sanguinis foedere coniurare Catilinam.

dam gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi. 10 Longe excurro. Hodie istic Bellonae sacratos sanguis de femore proscisso in palmulam exceptus et esui datus signat. Item illi, qui munere in arena noxiorum iugulatorum sanguinem recentem de iugulo decurrentem, avida siti comitiali morbo medentes hauserunt, ubi sunt? 11 Item illi, qui de arena ferinis obsoniis cenant, qui de apro, qui de cervo petunt? Aper ille quem cruentavit, conluctando detersit; cervus ille in gladiatoris sanguine iacuit. Ipsorum ursorum alvei adpetuntur cruditantes adhuc de visceribus humanis; ructuatur proinde ab homine caro pasta de homine. 12 Haec qui editis, quantum abestis a conviviis christianorum! Minus autem et illi faciunt, qui libidine fera humanis mem-

---

2 sacratos *Rig.* sacratus V *edd.* secator F1 secatos F2 *Wal. cf. Min. Fel. 30, 5* Bellonam sacrum suum haustu humani cruoris imbuere   in palmulam V palmula F *Wal.*   3 et *om.* F   esui *Rig.* sui V suis D siti E usui F *Wal.*   4 rigulatorum F   rigulo F2   decurrentem F decurrentem exceptum V   8 sanguinem iactavit F sanguine se iactavit *Wal. cf. Min. Fel. 30, 5*   ipsorum FV aprorum E   cruditantes F cruditantibus PBGLM trucidantibus D crudelitatibus E *cf. Min. Fel. 30, 5*   9 ructuatur F2 ructatur F1V   proinde *om.* F *Rau. Wal.*

---

1 Herod. 4, 26 de Issidonibus: *ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνῃ πατήρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες καὶ καταταμόντες τὰ κρέα κατατάμνουσι καὶ τὸν τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα γονέα, ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα δαῖτα προτίθενται.* Strabon 11, 8, 6 *θάνατος δὲ νομίζεται παρ᾽ αὐτοῖς ἄριστος, ὅταν γηράσαντες κατακοπῶσι μετὰ προβατείων κρεῶν καὶ ἀναμὶξ βρωτῶσιν.* Hieron. adv. Jovin 2. Massagetae miserrimos putant, qui aegrotatione moriantur, et parentes cognatos propinguos, qui ad senectam venerint, iugulatos devorant. Tert. adv. Marc. 1, 1 (291, 6 K) parentum cadavera cum pecudibus caesa convivio convorant. Plin. n. h. 7, 2, 9 ut Herod. 4, 106 aliquot Scytharum gentes anthropophagos esse narrant.

2 sqq. Min. Fel. 30, 5 Bellonam sacrum suum haustu humani cruoris imbuere et comitialem morbum hominis sanguine, id est morbo graviore, sanare. Lact. div. inst. 1, 21, 16 (81, 11 B) ab isto genere sacrorum non minoris insaniae iudicanda sunt publica illa sacra, quorum alia sunt Matris . . . alia Virtutis, quam eandem Bellonam vocant, in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo sanguine sacrificant. sectis namque umeris et utraque manu destrictos gladios exerentes currunt ecferuntur insaniunt. Val. Flacc. 7, 636 vel exectos lacerat Bellona comatos. Tib. 1, 6, 43 ipsa bipenne suos caedit violenta lacertos Sanguineque effuso spargit inulta deam. Senec. de vita beata 26, 8 cum aliquis secandi lacertos suos artifex bracchia atque humeros suspens amanu cruentat. Seneca apud Aug. civ. d. 6, 10 se ipsi in templis contrucidant, vulneribus suis ac sanguine supplicant. Commodian. 1, 17, 8 aut cum dorsa sua allidunt parca bipinne (Duellonarii), cum doctrina sua cernant, quod cruore sanent.

4 cf. ad *l.* 2 sqq.; Plin. 28, 1, 2 sanguinem quoque gladiatorum bibunt intuentibus populis comitiales, quod spectare facientes in eadem arena feras quoque horror est; at Hercule illi ex homine ipso sorbere efficacissimum putant calidum spirantem queet una ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora mos sit humana. Cels. de med. 3, 23 quidam iugulati gladiatoris calido sanguine epoto tali morbo (comitiali) se liberarunt.

6 Min. Fel. 30, 6 non dissimiles et qui de harena feras devorant inlitas et infectas cruore vel membris hominis et viscere signatas.

11 sqq. ad nat. 1, 15 (85, 25 RW) parum scilicet humanis visceribus inhiatis, quia vivos et puberes devoratis? parum humanum sanguinem lambitis, quoniam futurum sanguinem elicitis? parum infante vescimini, quia infantem totum praecocum perhauritis? Senec. de benef. 4, 14, 3 quid tu, cum Mamercum Scaurum

bris inhiant, quia vivos vorant? minus humano sanguine ad spurcitiam consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt? non edunt infantes plane sed magis puberes.

13 Erubescat error vester christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea suffocatis quoque et morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto. 14 Denique inter temptamenta christianorum botulos etiam cruore distentos admovetis, certissimi scilicet inlicitum esse penes illos per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est, ut quos sanguinem pecudis horrere confiditis, humano inhiare credatis, nisi forte suaviorem eum experti? 15 Quem quidem et ipsum proinde examinatorem christianorum adhiberi oportebat, ut foculum, ut acerram. Proinde enim probarentur sanguinem humanum adpetendo, quemadmodum sacrificium respuendo; alioquin negandi, si non gustassent, quemadmodum si immolassent. Et utique non deesset vobis in auditione custodiarum et damnatione sanguis humanus.

16 Proinde incesti qui magis quam quos ipse Iuppiter docuit? Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert. Sed et Macedones suspecti, quia, cum primum OEDIPUM tragoediam audissent, ridentes incesti

1 aspurcitiam LM 4 christianis insultare E 7 *sq.* in tormenta F *Wal.* 8 coculos M distentos DL *edd.* distensos PBEGM 10 pecudis F *Hoppe II 78* pecoris V 11 experti estis F quidem V quid F *cf. p. 47, 4* et *om.* DL *Rhen. Gel.* 12 oportebat *post* acerram *pos.* D *edd.* 13 adpetendo christiani F *Wal.* 14 quemadmodum F1 negandi P^1BELM necandi FP^2DG *Rhen.* 16 sanguinis LM 17 Persas] per ipsas M 18 ctheseas PM.

consulem faceres, ignorabas ancillarum suarum illum menstruum ore hiante exceptare? Martial. 2, 61, 2 lambebat medios improba lingua viros. Min. Fel. 28, 10 qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt.

4 sq. Acta apost. 15, 20 ut abstineatis vos ab . . . sanguine et suffocatis. Min. Fel. 30, 6 tantum ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus. Euseb. h. e. 5, 1, 26 (martyres Lugdunenses et Viennenses dicunt) *πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζῴων αἷμα φαγεῖν ἐξόν;*

7 Lucr. 5, 990 viva videns vivo sepeliri viscera busto. Ovid. met. 15, 88 heu quantum scelus est in viscera condi Congestoque avidum pinguescere corpore corpus Alteriusque animantem animantis vivere leto. Athenag. suppl. 36 *τίς ἂν οὖν ἀνάστασιν πεπιστευκὼς σώμασιν ἀναστησομένοις ἑαυτὸν παράσχοι τάφον;*

8 Arnob. 2, 42 idcirco animas misit, . . . ut spirulas et botulos facerent?

13 in acerra tus servabatur, quem christiani in foculum inicerent.

17 Juppiter ipse matrem et filiam constupravit et sororem in matrimonium duxit.

18 sqq. ad nat. 1, 16 (86, 15 RW) plane Persae, Ctesias edit, tam scientes quam non horrentes cum matribus libere faciunt. se et Macedones id quoque probaverunt palam sese factitare, siquidem, cum primum scenam eorum Oedipus intravit trucidatus oculos, risu ac derisu exceperunt. tragoedus consternatus retracta persona, numquid, ait, domini, displicui vobis? responderunt Macedones: immo tu quidem pulchre, at . . . Oedipus dementissimus, si ita fecit: atque exinde alter ad alterum *ἄλαυνε* dicebat *εἰς τὴν ματέρα.* Min. Fel. 31, 3 ius est apud Persas misceri cum matribus . . . memoriae et tragodiae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter et legitis et auditis. La. Diog. 10, 11, 9 *Πέρσαι μὲν γὰρ οὐκ ἄτοπον ἡγοῦνται θυγατρὶ μίγνυσθαι.* 1 prooem. 6, 7 de barbaris *καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι ὥς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ φησὶν ὁ Σκωτίων.*

dolorem: *Ἤλαυνε*, dicebant, *εἰς τὴν μητέρα.* 17 Age iam recogitate, quantum liceat erroribus ad incesta miscenda, subpeditante materias passivitate luxuriae. Inprimis filios exponitis suscipiendos ab aliqua praetereunte misericordia extranea, vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis necesse est quandoque memoriam dispergi. Et simul error inpegerit, exinde iam tradux proficiet incesti serpente genere cum scelere. 18 Tunc deinde quocumque in loco, domi peregre trans freta, comes est libido, cuius ubique saltus facile possunt alicubi ignaris filios pangere vel ex aliqua seminis portione, ut ita sparsum genus per commercia humana concurrat in memorias suas, neque eas caecus incesti sanguinis agnoscat.

19 Nos ab isto eventu diligentissima et fidelissima castitas saepsit, quantumque ab stupris et ab omni post matrimonium excessu, tantum et ab incesti casu tuti sumus. Quidam multo securiores totam vim huius

---

1 *Ἤλαυνε Oehl* *ΕΛΑΥΝΕ* P elline B emyne G *ΕΛΑΥ* M *ελλαγγε* F aiebant F *Wal. sed cf. ad nat. 1, 16 (86, 23 RW)* dicebat *εἰς τὴν μητέρα Oehl.* *ΕΙΣΤΗΝα-ΛΙΓΕΡΑ* P *εις ΤΗΝ ΑΙΓερα* M isten *μετεραν* F2 *μετεραν* F1 age iam F iam nunc V 2 erroribus vestris F *Wal.* materia F 4 misericordia FV matre D *Rhen. Gel.* 6 dispergi *Junius* disperci F dissipari V dispari M *cf. ad nat. 1, 16 (87, 15 RW)* semel F 8 cuiusque F 9 ignari M ut ita F uti V 10 sparsum F2 spersum F1 asparsum P aspersum BDEGLM *edd.* concurrit F 11 neque V nequis F coetus D *edd.* cetus G cetum *L* tecum E 14 tutussimus M quidam] quam M

1 sqq. ad nat. 1, 16 (87, 7 RW) respicite igitur luxuria inter errores et ventos fluctuante, si desunt populi, quos ad hoc sceleris incursent lata vada et aspera erroris. inprimis cum infantes vestros alienae misericordiae exponitis aut in adoptionem melioribus parentibus, obliviscimini quanta materia incesti subministratur, quanta occasio casibus aperitur? plane ex aliqua disciplina severiores aut certo respectu eiusmodi eventum a libidine temperatis, quocumque loco, domi aut peregre, ut non dispersio seminum et saltus ubique luxuriae nescientibus filios edat, quos aut ipsi postmodum parentes aut alii filii incursent, quando etiam aetatum moderatio libidine exclusa sit. quotcumque adulteria, quotcumque stupra, quotcumque publicatae libidines, sive stativo vel ambulatorio titulo, tot sanguinis mixtiones, tot compagines generis, tot inde traduces ad incestum. Min. Fel. 31, 4 merito igitur incestum penes vos saepe deprehenditur, semper admittitur. etiam nescientes, miseri, potestis in inlicita proruere: dum Venerem promisce spargitis, dum passim liberos seritis, dum etiam domi natos alienae misericordiae frequenter exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare. sic incesti fabulam nectitis, etiam cum conscientiam non habetis. Lact. div. inst. 6, 20, 22 (559, 8 B) quis dubitet quin impius sit qui alienae misericordiae locum tribuit? qui, etiamsi contingat ei quod voluit, ut alatur, addixit certe sanguinem suum vel ad servitutem vel ad lupanar. quae autem possint vel soleant accidere in utroque sexu per errorem, quis non intellegit, quis ignorat? quod vel unius Oedipodis declarat exemplum duplici scelere confusum. Justin. apol. 1, 27, 1 *ἡμεῖς δέ, ἵνα μηδὲν ἀδικῶμεν μηδὲ ἀσεβῶμεν, ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μέν, ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας . . . 3 καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τις πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ ἢ συγγενεῖ ἢ ἀδελφῷ μίγνυται.* Athenag. suppl. 35; ep. ad Diognet. 5, 6. Clem. Alex. Paedag. 3, 3.

11 Lucan. Phars. 2, 14 caesus fati futuri.

12 sqq. Min. Fel. 31, 5 at nos pudorem non facie, sed mente praestamus: unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus, cupiditate procreandi aut unam scimus aut nullam.

erroris virgine continentia depellunt, senes pueri. 20 Haec in vobis esse si consideraretis, proinde in christianis non esse perspiceretis. Idem oculi renuntiassent utrumque. Sed caecitatis duae species facile concurrunt, ut qui non vident quae sunt, videre videantur quae non sunt. Sic per omnia ostendam. Nunc de manifestioribus dicam.

X. Deos, inquitis, non colitis et pro imperatoribus sacrificia non penditis. Sequitur, ut eadem ratione pro aliis non sacrificemus, qua nec pro nobis ipsis, semel deos non colendo. Itaque sacrilegii et maiestatis rei convenimur. Summa haec causa, immo tota est, et utique digna cognosci, si non praesumptio aut iniquitas iudicet, altera quae desperat, altera quae recusat veritatem.

2 Deos vestros colere desivimus, ex quo illos non esse cognovimus. Hoc igitur exigere debetis, uti probemus, non esse illos deos et idcirco non colendos, quia tunc demum coli debuissent, si dei fuissent. Tunc et christiani puniendi, si quos non colerent, quia putarent non esse, constaret, illos deos esse. 3 'Sed nobis', inquitis, 'dei sunt'. Adpellamus et provocamus a vobis ad conscientiam vestram; illa nos iudicet, illa nos damnet, si poterit negare, omnes istos deos vestros homines fuisse. 4 Si et ipsa infitias ierit, de suis antiquitatum instrumentis revincetur, de quibus eos didicit, testimonium perhibentibus ad hodiernum et civitatibus, in quibus nati sunt, et regionibus,

1 virgini D virginea E *Rhen. Gel.* 3 oculi *om. LM* spe F_1 (?) 5 sic per] super M ostendam *om.* D *Rhen.* manifestis F *cf. p. 40, 5* ut viam mihi ad manifestiora purgem; *Wohleb, WfklPh. 36 (1916) 1606* dicam *om.* F 6 VIII de non colendo idola. Deos V pro imperatoribus] pro *om.* M imperatorum E impenditis D *edd.* 7 qua *v. d. Vliet* quia V 8 colendos D *Rhen.* 10 disperat PM 12 desivimus EF desinimus V *cf. ad nat. 1, 7 (69, 11) RW* nisi desivimus iam talia factitare; *Löfst. I 82* cognovimus F cognoscimus V recognovimus E 15 quos V eos F 16 quos constaret F illos deos *om.* F *cf. praef. 13* nobis V apud nos F_2 apud vos F_1 *sed cf. c. 13, 1* sed nobis dei sunt, inquis. dei sunt V constat deos esse illos F 17 vobis ipsis F 18 nos damnet V vis nos damnet E condemnet F; *cf. Löfst. I 49* deos istos G istos E 9 si] sed P inficias BDF_1 in inficias F_2 inficia PEGLM si ierit BD si erit PEGLM 20 dicit PG

1 adv. Valent. 5 (182, 13 K) Proculus noster, virginis senectae et christianae eloquentiae dignitas.

4 ad nat. 2, 3 (99, 19 RW) si autem videntur esse qui non sunt, cur non sint et qui non videntur? Min. Fel. 26, 10 edunt vel quae non sunt videri vel quae sunt non videri. Lact. div. inst. 2, 14, 10 (164, 12 B) ut non videant ea quae sunt et videre se putent illa quae non sunt.

6 sqq. ad nat. 1, 17 (88, 25 RW) prima obstinatio est quae secunda a deis religio constituitur Caesarianae maiestatis, quod inreligiosi dicamur in Caesares neque imagines eorum ture propitiando neque genios deierando.

9 convenimur: accusamur, tenemur; cf. c. 31, 2.

18 sqq. Euhemerus Messanae natus libro Ἱερὰ ἀναγραφή (i. e. Inscriptio sacra) anno circiter 300 a. Chr. n. scripto sententiam propagavit deos homines vel reges fuisse antiquissimos. Eandem sententiam defendunt praeter Tertullianum Athenag. suppl. 26, Theophil. ad Autol. 2, 34, Min. Fel. 21 sqq., Lact. div. inst. 1, 11, 33; 14 sq., Commodian. 1, 4 et saepius, Cypr. quod idol. dii n. s. 1. sqq.

21 Cic. de nat. deor. 1, 119 ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum. Min. Fel. 21, 1 ob merita virtutis aut muneris deos habitos

in quibus aliquid operati vestigia reliquerunt, in quibus etiam sepulti demonstrantur.

5 Nunc ergo per singulos decurram, tot ac tantos, novos veteres, barbaros Graecos, Romanos peregrinos, captivos adoptivos, proprios communes, masculos feminas, rusticos urbanos, nauticos militares? Otiosum est enim etiam titulos persequi; ut conligam in compendium, et hoc non quo cognoscatis, sed recognoscatis; certe enim oblitos agitis. 6 Ante Saturnum deus penes vos nemo est; ab illo census totius vel potioris et notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id et de posteritate conveniet. 7 Saturnum itaque, si quantum litterae, neque Diodorus Graecus aut Thallus, neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator eiusmodi anti-

6 enim F *om.* V 7 quo V ut F sed ut F *Wal. cf. Löfst. III 65* certi F 8 X de Saturno et Jove. Ante V 9 vel notioris D *edd.* 11 litterae F litterae docent V; *cf. Hoppe I 143 sqq. Löfst. I 83* theodorus GLM

Euhemerus exsequitur et eorum natales patrias sepulcra dinumerat et per provincias monstrat.

3 sqq. ad nat. 2, 12 (116, 10 RW) nam quot deos et quos utique producam? maiores an et minores? veteres an et novicios? mares an et feminas? caelibes an et lecto iunctos? artifices an et inertes? rusticos an et urbanos? cives an et peregrinos?

4 captivos: cf. 25, 15; Arnob. 3, 39 urbium captivarum deos. Prud. c. Symm. 2, 347.

6 Min. Fel. 24, 1 otiosum est ire per singulos.

6 sq. ad nat. 2, 12 (116, 15 RW) at quanto diffusa res est, tanto substringenda nobis erit, et ideo, qui in ista specie unum tuemur propositum demonstrandi illos omnes homines fuisse (non quidem ut cognoscatis, nam quasi obliti agitis), compendium ab ipsa dispiciendi ratione sumamus, originem generis illorum retractando. cf. de pat. 5 (9, 11 K) nam ut conpendio dictum sit; adv. Marc. 2, 27 (372, 21 K) iam nunc, ut et cetera conpendio absolvam.

8 ad nat. 2, 12 (118, 20 RW) origo enim una totius posteritatis. ea origo deorum vestrorum Saturno, ut opinor, signatur.

10 sqq. ad nat. 2, 12 (119, 8 RW) exstat apud litteras vestras usquequaque Saturni census. legimus apud Cassium Severum, apud Cornelios Nepotem et Tacitum, apud Graecos quoque Diodorum, quive alii antiquitatum canos collegerunt. nec fideliora vestigia eius quam in ipsa Italia signata sunt. nam post plurimas terras et Attica hospitia Italiae vel, ut tunc vocabatur, Oenotriae consedit, exceptus ab Jano sive Jane, ut Salii vocant. mons quem coluerat, Saturnius dictus, urbs quam depalaverat, Saturnia usque nunc est; tota denique Italia de Saturno vocabatur. Min. Fel. 23, 9 Saturnum enim, principem huius generis et examinis, omnes scriptores vetustatis Graeci Romanique hominem tradiderunt. scit hoc Nepos et Cassius in historia et Thallus ac Diodorus hoc loquuntur. is itaque Saturnus Creta profugus Italiam metu filii saevientis accesserat et Jani susceptus hospitio rudes illos homines et agrestes multa docuit ut Graeculus et politus: litteras inprimere, nummos signare, instrumenta conficere. itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium et urbem Saturniam dedit de suo nomine et Janiculum Janus, ad memoriam uterque posteritatis reliquerunt. Quod idol. d. n. s. 2 (20, 4 H). Lact. div. inst. 1, 13, 8 (51, 17 B) historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoriae prodiderunt, Graeci Diodorus et Thallus, Latini Nepos et Cassius et Varro. Lib. de orig. gentis Rom. 3, 1. Arnob. 1, 36; 4, 24. Verg. Aen. 8, 357. Ov. fast. 6, 31.

11 Diodor. 5, 66 τὸν μὲν οὖν Κρόνον ὄντα πρεσβύτατον βασιλέα γενέσθαι καὶ τοὺς

quitatum aliud quam hominem promulgaverunt; si quantum rerum argumenta, nusquam invenio fideliora, quam apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones postque Attica hospitia consedit, exceptus ab Iano, vel Iane, ut Salii volunt. 8 Mons, quem incoluerat, Saturnius dictus, civitas, quam depalaverat, Saturnia usque nunc est; tota denique Italia post Oenotriam Saturnia cognominabatur. Ab ipso primum tabulae et imagine signatus nummus, et inde aerario praesidet. 9 Tamen si homo Saturnus, utique ex homine; et quia ab homine, non utique de Caelo et Terra. Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici, quorum et omnes possumus videri. Quis enim non caelum ac terram patrem ac matrem venerationis et honoris gratia adpellet, vel ex consuetudine humana, qua ignoti vel ex inopinato adparentes de caelo supervenisse dicuntur? 10 Proinde Saturno repentino ubique caelitem contigit dici; nam et terrae filios vulgus vocat,

3 Actica PM 4 a Jano M *Oehl. cf. ad nat. 2, 12 (119, 14 RW)* exceptus ab Jano sive Jane Salii] si alii M alii E 5 coluerat D *Rhen. Gel.* debellaverat D *Rhen. Gel.* depellaverat M 7 imagines MF2 et signatus F 9 de V e F *cf. ad nat. 2, 12 (119, 20 RW)* 11 ac . . . ac V aut . . . aut F *cf. ad nat. l. c. (119, 22 RW)* patrem . . . matrem FL matrem . . . patrem V *cf. ad nat l. c.* 14 contingit DL *Gel.*

καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐξ ἀγρίου διαίτης εἰς βίον ἥμερον μεταστῆσαι.

Thallus Samaritanus Tiberii fere aetate tres libros chronicorum scripsit, qui perierunt.

Cassius Hemina, vetustissimus auctor annalium (Plin. n. h. 13, 84) altero ante Chr. n. saeculo annalibus res Romanas a primis temporibus usque ad suam aetatem descripsit; Cassius Severus vero, quem Tertullianus lapsu memoriae nominat, orator Augusti temporibus floruit.

5 sqq. cf. ad § 7; Paulin. Nol. c. 32, 73 de Jano: nummus huic primum tali est excussus honore, Ut pars una caput, pars sculperet altera navem; cuius nunc memores quaecumque nomismata signant. Isidor. etym. 16, 18, 3 postea a Saturno aereus nummus inventus; ipse enim signare nummos et scribi constituit. propterea et aerarium Saturno a gentibus consecratum est. Ovid. fast. 6, 31; Macrob. 1, 7, 22.

8 sqq. ad nat. 2, 12 (119, 17 RW) tali teste terra, quae nunc dominatur orbi, etiamsi de origine Saturni dubitatur, de actu tamen constat hominem illum fuisse. ita si homo Saturnus, procul dubio de homine, immo quia homo, non utique de Caelo atque Terra, sed cui parentes ignoti, quibusdam facile fuit illum eorum filium dici, quorum possunt omnes videri. quis enim non caelum ac terram patrem ac matrem venerationis gratia appellet? an de consuetudine humana, qua ignoti quique ex inopinato apparentes de caelo advenisse dicuntur? proinde quia venisset peregrinus, repentino ubique inolevit caelitem dici. nam et volgo generis incertos terrae filios iactitamus. nihil allego de statu antiquitatis, qua ita rudes tunc agebantur et oculi et mentes hominum, ut cuiuslibet novi viri aspectu quasi divino commoverentur, nedum et regis, et quidem primi. adhuc de Saturno immorabor quo et ceteris conpendium praestruam, satiata primordiorum disputatione. Min. Fel. 23, 12 homo igitur utique qui fugit, homo utique qui latuit, et pater hominis et natus ex homine; Terrae enim vel Caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus, et in hodiernum inopinato visos caelo missos, ignobiles et ignotos terrae filios nominamus. Lact. div. inst. 1, 11, 55.

14 Cic. Brut. 69, 242 ignoti homines et repentini.

Cic. ad Att. 1, 13; Liv. 1, 8, 5 obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem ex terra sibi prolem ementiebantur. Serv. ad Georg 1, 9 Achelous

quorum genus in incerto est. Taceo quod ita rudes tunc homines agebant, ut cuiuslibet novi viri adspectu quasi divino commoverentur, cum hodie iam politi, quos ante paucos dies luctu publico mortuos sint confessi, in deos consecrent. 11 Satis iam de Saturno, licet paucis. Etiam Iovem ostendemus tam hominem quam ex homine, et deinceps totum generis ipsius examen tam mortale quam seminis sui par.

XI. Sed quoniam, sicut illos homines fuisse non audetis negare, ita post mortem deos factos instituistis adseverare, causas, quae hoc exegerint, retractemus. 2 Inprimis quidem necesse est concedatis esse aliquem sublimiorem deum et mancipem quendam divinitatis, qui ex hominibus deos fecerit. Nam neque sibi illi sumere potuissent divinitatem, quam non habebant, nec alius praestare eam non habentibus, nisi qui proprie possidebat. 3 Ceterum si nemo est, qui deos faceret, frustra praesumitis deos factos, auferendo factorem. Certe quidem si ipsi se facere potuissent, nunquam homines fuissent, possidentes scilicet apud se melioris condicionis potestatem.

4 Igitur si est qui faciat deos, revertor ad causas examinandas

1 in incerto F *cf. Hoppe I 100* incertum V tunc F adhuc V *cf. ad nat. 2, 12 (120, 4 RW)* 3 humatos mortuos F *Rau. Wal. cf. Löfst. II 49* 4 conversi M 5 Jove P 6 ipsius *om.* V par est DG *Rhen.* 7 Sed F et V audetis] debetis E 9 esse *om.* E et esse M 10 quidam LM 11 potu issent sumere D *edd.* debuissent L 12 aliis GL 13 est F *Wal. cf. § 4* esset V 16 apud se F *om.* V melioris condicionis FDG *edd.* condicionis melioris PBEL *cf. ad nat. 2, 13 (121, 14 RW)* 17 ad examinandas rationes E

terrae fuisse filius dicitur, ut solet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes. Otto, Sprichw. 62. 344.

1 Sall. Jug. 46, 8 ut, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

6 cf. Min. Fel. 23, 9 Saturnum enim, principem huius generis et examinis.

7 sq. ad nat. 2, 12 (121, 4 RW) igitur qui natos non possunt negare, mortuos credant, qui mortuos confitentur, deos non putent. 13 . . . quos a primordio possunt non asserere nisi homines fuisse, recipiunt in divinitatem, affirmando illos post mortem deos factos.

9 sq. ad nat. 2, 13 (121, 16 RW) aut si nemo est, qui deos fecerit, quomodo facti dicentur qui non nisi ab alio fieri potuissent? ita nullus datur vobis renuendi locus esse mancipem quendam divinitatis. — de idol. 1 (31, 14 RW) idolorum mancipes (daemones). ad nat. 2, 2 (95, 9 RW) sed physicorum auctoritas philosophorum ut mancipium sapientiae patrocinatur. de spect. 10 (12, 28 RW) quae vero voce et modis et organis et litteris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios mancipes habent.

15 sq. ad nat. 2, 13 (121, 14 RW) ceterum si potuerunt deos sese facere post mortem, age, quid deterioris condicionis ab initio esse voluerunt?

17 sqq. ad nat. 2, 13 (121, 19 RW) perspiciamus itaque causas allegandae mortalitatis in caelum. harum duplicem rationem credo proferetis. aut enim ille, quisquis id praestans, facit, ut habeat vel amminicula vel munimenta vel etiam ornamenta fastigii sui, aut meritorum necessitate, conferens dignis quibusque. aliud quid suspicare non datur . . . sed neque hoc potest competere numini, ut est tanta ei potestas, ut scilicet deum ex non deo faciat, ut sic tanta humanitas inrogetur, quia egeat opera vel adiumento quorundam et quidem mortuorum, quod mirum, cum ab initio sibi immortales instituere potuisset.

faciendorum ex hominibus deorum, nec ullas invenio, nisi si ministeria et auxilia officiis divinis desideravit ille magnus deus. Primo indignum est, ut alicuius opera indigeret, et quidem mortui, cum dignius ab initio deum aliquem fecisset, qui mortui erat operam desideraturus. 5 Sed nec operae locum video. Totum enim hoc mundi corpus sive innatum et infectum secundum Pythagoram, sive natum factumve secundum Platonem, semel utique in ipsa conceptione dispositum et instructum et ordinatum cum omnis rationis gubernaculo inventum est. Inperfectum non potuit esse, quod perfecit omnia. 6 Nihil Saturnum et Saturniam gentem exspectabat. Vani erunt homines, nisi certi sint a primordio et pluvias de caelo ruisse et sidera radiasse et lumina floruisse et tonitrua mugisse et ipsum Iovem quae in manu eius inponitis fulmina timuisse; item omnem frugem ante Liberum et Cererem et Minervam, immo ante illum aliquem principem hominem de terra exuberasse, quia nihil continendo et sustinendo homini prospectum post hominem potuit inferri. 7 Denique invenisse dicuntur necessaria

---

3 opere M 5 operi D operis E 6 et factum D *edd.* factum — 8 ordinatum *om.* M 7 ipsa conceptione F ista constructione V 8 omnis F omni V 9 perficit D *edd.* 10 sunt M 12 inponitis FPBLM ponitis DEG *edd.* 14 hominum F 15 continendo V condendo F *sed cf. c. 17, 4* 16 inferri V inveniri F

---

2 de anima 37 (363, 12 RW) nos officia divina angelos credimus.

5 Platon. Tim. 32 C *τὸ τοῦ κόσμου σῶμα.*

6 sq. Cic. Acad. 2, 37, 118 Plato ex materia in se omnia recipiente mundum factum esse censet a deo sempiternum. Pythagorei e numeris et mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. Tusc. 1, 28, 70 si haec nata sunt, ut Platoni videtur, vel si semper fuerunt, ut Aristoteli placet. de nat. deor. 1, 8, 19 construi a deo atque aedificari mundum facit (Plato). Apul. de Plat. 1, 8 et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit (Plato), alias originem habere natumque esse. Min. Fel. 34, 4 Plato . . . cum ipsum mundum perpetuum et insolubilem diceret esse fabricatum. Arnob. 2, 56 mundum quidam ex sapientibus aestimant neque esse natum neque ullo esse in tempore periturum; immortalem nonnulli, quamvis eum conscribant esse natum et genitum. La. Diog. (de Platone) 3, 41, 71 *κόσμον τε εἶναι ἕνα γεννητόν.* Stob. 1, 20 p. 420 de Philolao Pythagoreo *ἧς ὅδε ὁ κόσμος ἐξ αἰῶνος καὶ εἰς αἰῶνα διαμένει.* 1, 21 p. 450 *Πυθαγόρας φησὶ γενητὸν κατ᾽ ἐπίνοιαν τὸν κόσμον οὐ κατὰ χρόνον.* Theoph. ad Autol. 3, 7, 26.

8 de paenit. 1, 3 (I 644 Oehl.) sine gubernaculo rationis.

11 Commodian. 1, 6, 10 in istis temporibus quis pluebat illo defuncto?

Lucr. 4, 450 bina lucernarum . . . florentia lumina flammis. Tert. de pat. 2 (I 589 Oehl.) florem lucis (Lucr. 1, 900 flammai flore). adv. Marc. 4, 42 (564, 12 K) caelum luminibus floruisset.

12 Min. Fel. 23, 6 illic Jovis fulmen cum Aeneae armis in incude fabricatur, cum caelum et fulmina et fulgura longe ante fuerint, quam Juppiter in Creta nasceretur, et flammas veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari nec ipse Juppiter non vereri.

13 sq. Arnob. 1, 38 si enim vos Liberum, quod usum repperit vini, si quod panis Cererem, si Aesculapium, quod herbarum, si Minervam, quod oleae, si Triptolemum, quod aratri . . . divorum retulistis in censum.

16 sqq. ad nat. 2, 16 (128, 17 RW) sedenim quidam fructus et necessaria victui demonstraverunt. quaeso vos, cum dicitis invenisse illos, nonne confitemini prius fuisse quae invenirentur? cur ergo non auctorem potius honoratis, cuius haec dona sunt, sed auctorem transfertis in repertores? priusquam qui invenisset,

ista vitae, non instituisse. Quod autem invenitur, fuit, et quod fuit, non eius deputabitur qui invenit, sed eius qui instituit; erat enim antequam inveniretur. 8 Ceterum si propterea Liber deus, quod vitem demonstravit, male cum Lucullo actum est, qui primus cerasia ex Ponto Italiae promulgavit, quod non est propterea consecratus ut frugis novae auctor, quia ostensor. 9 Quamobrem si ab initio et instructa et certis exercendorum officiorum suorum rationibus dispensata universitas constitit, vacat ex hac parte causa adlegendae humanitatis in divinitatem, quia quas illis stationes et potestates distribuistis, tam fuerunt ab initio quam et fuissent, etiamsi deos istos non creassetis.

10 Sed convertimini ad causam aliam, respondentes conlationem divinitatis meritorum remunerandorum fuisse rationem. Et hinc concedetis, opinor, illum deum deificum iustitia praecellere, qui non temere nec indigne nec prodige tantum praemium dispensarit. 11 Volo igitur merita recensere, an eiusmodi sint, ut illos in caelum extulerint et non potius in imum tartarum merserint, quem carcerem poenarum infernarum, cum vultis, adfirmatis. 12 Illuc enim abstrudi solent inpii quique in parentes et incesti in sorores et maritarum adulteri et virginum raptores et puerorum contaminatores et qui saeviunt et qui occidunt et qui furantur et qui decipiunt et quicunque similes sunt alicuius dei vestri, quem neminem integrum a crimine aut vitio probare poteritis, nisi hominem negaveritis.

2 enim *om.* M 4 cerasia V cerasa DF *edd. Col.* Romanis ex Ponto F *Wal.* 6 quia V qui *Oehl.* inventor et ostensor D *edd.* 8 allegandae P²DEG 9 rationes E 13 concedetis P²DEG *edd.* conceditis P¹BL 14 qui PBEL *edd.* quod F non] nec DG *edd.* 16 an] utrum E 17 demerserint F *Wal.* 19 quoque M in sorores incesti D *edd.* maritatarum GL

utique auctori gratias egit, utique illum deum sensit, cuius vere est ministerium institutoris, a quo et ipse institutus est qui invenit et illud ipsum quod inveniretur.

4 ad nat. 2, 16 (129, 9 RW) cerasium Cn. Pompeius de Ponto primus Italiae promulgavit. potuerunt mihi novorum apud Romanos pomorum inventores hi meruisse praeconium divinitatis. Plin. n. h. 15, 25, 102 Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia, ad urbis annum DCLXXX. is primum invexit e Ponto. Serv. ad Georg. 2, 18 sane Cerasus civitas est Ponti, quam cum delesset Lucullus, genus hoc pomi advexit et a civitate cerasium appellavit.

12 ad nat. 2, 13 (122, 12 RW) sane quae posterior opinio est, discuti debet, si deus reminiscentia meritorum divinitatem tribuerit.

16 ad nat. 2, 13 (122, 17 RW) ergo an meruerit retractemus.

18 sqq. Verg. Aen. 6, 608 Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat, Pulsatusve parens et fraus innexa clienti, Aut qui divitiis soli incubuere repertis Nec partem posuere suis (quae maxima turba est), Quique ob adulterium caesi, quique arma secuti Impia nec veriti dominorum fallere dextras, Inclusi poenam expectant. Aristoph. ran. 146 sqq. Senec. de ira 2, 5, 1 hi qui volgo saeviunt et sanguine humano gaudent.

22 sq. ad nat. 2, 13 (124, 17 RW) omnes perinde incesti in nos, impudici in extraneos, impii, iniusti. cui nullam insignem infamiam fabula reliquit, is deus fieri non fuit dignus.

13 Atquin ut homines illos fuisse non potestis negare, etiam istae notae accedunt, quae nec deos postea factos credi permittunt. Si enim vos talibus puniendis praesidetis, si commercium conloquium convictum malorum et turpium probi quique respuitis, horum autem pares deus ille maiestatis suae consortio adscivit, quid ergo damnatis, quorum conlegas adoratis? 14 Suggillatio est in caelum vestra iustitia. Deos facite criminosissimos quosque, ut placeatis deis vestris. Illorum est honor consecratio coaequalium.

15 Sed ut omittam huius indignitatis retractatum, probi et integri et boni fuerint. Quot tamen potiores viros apud inferos reliquistis! aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristiden, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de felicitate Polycratem, de copia Croesum, de eloquentia Demosthenen. 16 Quis ex illis deis vestris gravior et sapientior Catone, iustior et militarior Scipione? quis sublimior Pompeio, felicior Sylla, copiosior Crasso, eloquentior Tullio? Quanto dignius istos deos ille adsumendos exspectasset, praescius utique potiorum? Properavit, opinor, et caelum semel clusit et nunc utique melioribus apud inferos mussitantibus erubescit.

XII. Cesso iam de isto, ut qui sciam me ex ipsa veritate demonstraturum, quid non sint, cum ostendero, quid sint. Quantum igitur de deis vestris, nomina solummodo video quorundam veterum mortuorum et fabulas audio et sacra de fabulis recognosco. 2 Quantum autem de simulacris ipsis, nihil amplius deprehendo, quam materias

1 homines illos F illos homines V potestis F possitis V 3 talibus vos DG *edd.* 4 respuistis DEL 5 adscivit FV adstruit D 6 caelum F *Hoppe II 26* caelo V 7 facitis D *Rhen.Pam.* 9 ut *om.* ELM 10 fuerunt DELM quod PDGLM 14 militatior F 17 caelum *om.* M 19 XI de simulacris. Cesso V istis DM *edd.* 20 quod sint PBGLM 21 vestris V istis F *Wal.* statuas quorundam F statuasque quorund. *Löfst. I 85* 23 amplius V aliud F deprehendo FE reprehendo V

2 istae notae scl. humanitatis; cf. c. 13, 6 notae captivitatis.

9 sq. ad nat. 2, 13 (122, 13 RW) sed si ita est attributa (divinitas), si pristinis viris caelum propter sua merita patuit, recogitandum, quod exinde nemo dignus eo honore fuit. nisi si capere iam locus non potest.

11 cf. c. 12, 6 qui Senecam aliquem . . . deprehendistis; 15, 3 Minervam aliquam; 19, 6 aliqui Manethon Aegyptius et Berosus Chaldaeus; 50, 5 aliqua Carthaginis conditrix.

13 sqq. cf. ad nat. 2, 14 (125, 17 RW) si eum (Herculem) consecrastis ob caedes et pugnas plurimas, edidit multo maiorem numerum magnus ille Pompeius, maritimorum praedonum victor . . . et quot, quaeso, milia usque in unum angulum Byrsae Carthaginis a Scipione caesi fuere? quo magis Scipio quam Hercules obtinendus divinitati deputatur.

15 Felix cognomen Sullae erat.

Cic. div. in Caec. 17, 55 quae mulier copiosa plane et locuples fuit.

21 de spect. 10 (13, 4 RW) scimus nihil esse nomina mortuorum sicut nec ipsa simulacra eorum.

22 sqq. cf. c. 13, 4; Min. Fel. 24, 6 quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet timere se mate-

sorores vasculorum instrumentorumque communium, vel ex isdem vasculis et instrumentis quasi fatum consecratione mutantes, licentia artis transfigurante, et quidem contumeliosissime et in ipso opere sacrilege, ut revera nobis maxime, qui propter ipsos deos plectimur, solatium poenarum esse possit, quod eadem et ipsi patiuntur, ut fiant. 3 Crucibus et stipitibus inponitis christianos. Quod simulacrum non prius argilla deformat cruci et stipiti superstructa? in patibulo primum corpus dei vestri dedicatur. 4 Ungulis deraditis latera christianorum: at in deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciae et runcinae et scobinae. Cervices ponimus: ante plumbum et glutinum et gomphos sine capite sunt dei vestri. Ad bestias inpellimur: certe quas Libero et Cybele et Caelesti adplicatis. 5 Ignibus urimur:

---

1 sorores esse F   2 factum F   3 transfigurate LM   4 ut V et F   istos F *cf. praef.* 9   deos ipsos D *edd.*   5 potuit E et *om.* E   8 domini LM de E   vestri *om.* LM vestris E nostri D   eraditis F *Wal. Col.*   11 glutini F1   conphos F2 corephos F1   12 applicatas M

---

riem ab artifice, ut deum faceret, inlusam. deus enim ligneus, rogi fortasse vel infelicis stipitis portio, suspenditur caeditur dolatur runcinatur. et deus aereus vel argenteus de inmundo vasculo, ut saepius factum Aegyptio regi (Herod. 2, 172), conflatur, tunditur malleis et incudibus figuratur; et lapideus caeditur, scalpitur et ab impurato homine levigatur nec sentit suae nativitatis iniuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione culturam. Arnob. 6, 14 simulacra ista quae vos terrent . . . ossa lapides aera sunt, argentum aurum testa . . . ex candelabris et lucernis aut ex aliis obscenioribus vasculis congesta, conflata in has species ducta sunt atque in formas quas cernitis exierunt. Prud. peristeph. 10, 299 quos (deos) trulla pelvis cantharus sartagines Fracta et liquata contulerunt vascula. Philo de vita contemplat. p. 690 *ὧν τὰ ἀδελφὰ μέρη καὶ συγγενῆ λουτροφόροι γεγόνασι καὶ ποδόνιπτρα καὶ ἄλλα ἄττα τῶν ἀτιμωτέρων ἃ πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον ἢ τὰς ἐν φωτί.* Justin. apol. 1, 9, 2 *τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι ξέοντες καὶ τέμνοντες καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες θεοὺς ἐπονομάζουσιν.* Athenag. suppl. 26 *ἀλλ᾽ ἡ μὲν ὕλη χαλκός ἐστιν, τί δὲ χαλκὸς δύναται καθ᾽ αὑτόν, ὃν μεταποιῆσαι πάλιν εἰς ἕτερον σχῆμα ἔξεστιν, ὡς τὸν ποδονιπτῆρα ὁ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ Ἄμασις;* Theophil. ad Autol. 1, 1; ep. ad. Diognet. 2

2 sq. Mart. 8, 24, 5 qui fingit sacros auro vel marmore vultus, Non facit ille deos: qui rogat ille facit.

6 sqq. ad nat. 1, 12 (82, 3 RW) sed nobis tota crux inputatur . . . ignoratis autem etiam originem istam deis vestris de isto patibulo provenisse . . . plasta autem lignum crucis in primo statuit . . . huic exordio et velut statumini argilla desuper intexta paulatim membra conplet, et corpus struit et habitum, quem placuit argillae, intus cruci ingerit.

8 Prud. perist. 3, 133 et latus ungula virgineum pulsat.

10 Prud. perist. 10, 381 deasceato supplicare stipiti.

10 Arnob. 6, 14 (simulacra sunt) discobinata de limis, serris furfuraculis asciis secta dolata effossa.

11 Prud. c. Symm. 1, 436 mollis si brattea gypsum Texerat, infido rarescit gluttine sensim. Min. Fel. 23, 8 ecce plumbatur construitur erigitur: nec adhuc deus est.

Liberum comitabantur tigres, Cybeles currum vehebant leones, Caelestis, Carthagine culta, leoni insidens depingebatur.

hoc et illi a prima quidem massa. In metalla damnamur: inde censentur dei vestri. In insulas relegamur: solet et in insula aliqui deus vester aut nasci aut mori. Si per haec constat divinitas aliqua, ergo, qui puniuntur consecrantur et numina erunt dicenda supplicia.

6 Sed plane non sentiunt has iniurias et contumelias fabricationis suae dei vestri, sicut nec obsequia. 'O inpiae voces, o sacrilega convicia!' Infrendite, inspumate! Iidem estis, qui Senecam aliquem pluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem deprehendistis. 7 Igitur si statuas et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milvi et mures et araneae intellegunt, nonne laudem magis quam poenam merebatur repudium agniti erroris? Possumus enim videri laedere eos, quos certi sumus omnino non esse? Quod non est, nihil ab ullo patitur, quia non est.

XIII. 'Sed nobis dei sunt', inquis. Et quomodo vos e contrario

2 insulas F insulis V religamur PBGM insulis D *Gel. Pam.* aliquid LM aliquis DG *Rhen. Gel. Pam.* 3 aut *(prius) om.* E 4 cum qui D *Rhen.* consecrentur . . . essent E 5 suae fabricationis D *edd.* 7 se nequam LM 8 a maioribus DLM deprehendistis V *edd.* probetis F *Wal.* 9 suorum V vestrorum F *Wal.* 10 aranei F *Wal.* 12 enim V autem F *Wal.* certissimus M 13 ullo V eo F quia non est qui est F

2 sq. Juppiter in insula Creta natus erat, Juno Sami, Apollo sororque eius Diana Deli.

5 cf. ad § 2.

7 ad nat. 1, 10 (75, 19 RW) at enim illi sapientissimi ac prudentissimi maiores, quorum institutis renuntiare non nostis maxime in persona deorum vestrorum, ipsi quoque impii deprehenduntur.

7 sq. cf. c. 46, 4; Aug. civ. d. 6, 10 nam in eo libro, quem (Seneca) contra superstitiones condidit, multo copiosius atque vehementius reprehendit ipse civilem istam et urbanam theologiam quam Varro theatricam atque fabulosam.

10 sq. Min. Fel. 24, 9 quanta vero de diis vestris animalia muta naturaliter iudicant; mures hirundines milvi non sentire eos sciunt norunt: inculcant insident ac, nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant; araneae vero faciem eius intexunt et de ipso capite sua fila suspendunt. Arnob. 6, 16 non videtis sub istorum simulacrorum cavis steliones sorices mures blattasque lucifugas nidamenta ponere atque habitare, spurcitias huc omnes atque alia usibus accommodata conducere . . . non in ore aliquando simulacri ab araneis ordiri retia atque insidiosos casses . . . non hirundines denique intra ipsos aedium cicrumvolantes tholos iacularier stercoris plenas et modo ipsos vultus, modo numinum ora depingere? Lact. div. inst. 2, 4, 2 cum aves ipsae, quas terrore falcis aut inguinis abigi existimant, simulacris fabre factis . . . insidant nidificant inquinent. Clem. Alex. Protrept. 4, 52 *αἱ δὲ χελιδόνες καὶ τῶν ὄρνεων τὰ πλεῖστα κατεξερῶσιν αὐτῶν τῶν ἀγαλμάτων εἰσπετόμενα, οὐδὲν φροντίσαντα οὔτε Ὀλυμπίου Διός οὔτε . . . παρ' ὧν οὐδὲ αὐτῶν τὴν ἀναισθησίαν τῶν ἀγαλμάτων ἐκμανθάνετε.*

12 sq. ad nat. 1, 10 (75, 6 RW) nos enim contemptores deorum haberi nulla ratio est, quia nemo contemnit quod sciat omnino non esse. quod omnino est, id contemni potest, quod nihil est, nihil patitur.

14 sqq. ad nat. 1, 10 (75, 10 RW) quo magis oneramini credentes esse et contemnentes, colentes et despuentes, honorantes et lacessentes. licet etiam hinc recognoscere inprimis: cum alii alios deos colitis, eos, quos non colitis, utique contemnitis. praelatio alterius sine alterius contumelia non potest, nec ulla electio non reprobatione componitur . . . iam ergo tunc primo contempsistis . . . (76, 13) quanto enim inreligiosiores deprehendimini?

inpii et sacrilegi et inreligiosi erga deos vestros deprehendimini, qui quos praesumitis esse, neglegitis, quos timetis, destruitis, quos etiam vindicatis, inluditis? 2 Recognoscite, si mentior. Primo quidem, cum alii alios colitis, utique quos non colitis, offenditis. Praelatio alterius sine alterius contumelia non potest, quia nec electio sine reprobatione. 3 Iam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando offendere non timetis. Nam ut supra praestrinximus, status dei cuiusque in senatus aestimatione pendebat. Deus non erat, quem homo consultus noluisset et nolendo damnasset.

4 Domesticos deos, quos Lares dicitis, domestica postestate tractatis pignerando venditando demutando aliquando in caccabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur, ut quisque deum sanctiorem expertus est domesticam necessitatem. 5 Publicos aeque publico iure foedatis, quos in hastario vectigales habetis. Sic Capitolium, sic olitorium forum petitur; sub eadem voce praeconis, sub eadem hasta, sub eadem adnotatione quaestoris divinitas addicta conducitur. 6 Sed enim agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora

1 vestros V illos F *sed cf. c. 28, 3* inreligiosi erga deos vestros deprehendemini qui V ut F 2 neglegatis F destruatis F 3 iudicatis D mentiar DG *Rhen. Gel. Herald.* quidem F qui V quia E *edd.* 4 quos] quem P 5 potest *Wal.* potest esse F *Löfst. I 28* potest procedere V *sed. cf. ad nat. 1,10 (75, 13 RW)* 6 ergo *om.* F 7 perstrinximus D *Rhen. Herald. Rig.* 10 XII de laribus. Domesticos V 11 caccabulo BLM 12 atque *om.* M 13 concussus BE *Rhen.* deum F dominus V dominum D 15 si ELM si colitorum ELM 16 advocatione E 17 abdicta condicitur E agi DGLM age E 18 vilioris F dispendio censet E

---

4 ad uxor. 1, 3 (I 673 Oehl.) praelatio enim superiorum dissuasio est infimorum.
7 praestrinximus: c. 5, 1.
7 sq. ad. nat. 1, 10 (75, 24 RW) utique enim impiissimum, immo contumeliosissimum admissum est, in arbitrio et libidine sententiae humanae locare honorem divinitatis, ut deus non sit, nisi cui esse permiserit senatus. Min. Fel. 24, 8 tunc postremo deus est, cum homo illum voluit et dedicavit.
10 sqq. ad nat. 1, 10 (76, 14 RW) privatos enim deos, quos Lares et Penates domestica consecratione perhibetis, domestica et licentia inculcatis venditando, pignerando pro necessitate ac voluntate. essent quidem tolerabilia eiusmodi contumaciae sacrilegia, nisi quod eo iam contumeliosiora quod modica, sed aliquo solacio privatorum et domesticorum deorum querellae iuvantur, quod publicos turpius contumeliosiusque tractetis. iam primum, quos in hastarium regessistis, publicanis subdidistis, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscriptos addicitis. sic Serapeum, sic Capitolium petitur, addicitur divinitas, conducitur, sub eadem voce praeconis, eadem exactione quaestoris. sed enim agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora (nam hae sunt captivitatis notae et poenae): dei vero, qui magis tributarii, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarii. maiestas prostituitur in quaestum, negotiatio religione proscribitur, sanctitas locationem mendicat. exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, pro stipibus, pro hostiis. venditis totam divinitatem. non licet eam gratis coli.
15 hastarium, statio ubi venduntur bona proscriptorum.
16 sub eadem voce praeconis: cf. Demosth. 51, 22 ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινά. adnotatio dicitur relatio addictionis in tabulas facta cum nomine emptoris.

(nam hae sunt notae captivitatis), dei vero, qui magis tributarii, magis sancti; immo qui magis sancti, magis tributarii. Maiestas quaestuaria efficitur; circuit cauponas religio mendicans. Exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacrarii; non licet deos gratis nosse, venales sunt.

7 Quid omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris conferatis? Aedes proinde, aras proinde. Idem habitus et insignia in statuis; ut aetas, ut ars, ut negotium mortui fuit, ita deus est. Quo differt ab epulo Iovis silicernium, a simpulo obba, ab haruspice pollinctor? Nam et haruspex mortuis adparet.

8 Sed digne imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis, quibus et viventibus eum addicitis. Accepto ferent dei vestri, immo gratulabuntur, quod pares eis fiant domini sui. 9 Sed cum Larentinam, publicum scortum, (velim saltim Laïdem aut Phrynen) inter Iunones et Cereres et Dianas adoretis; cum Simonem magum statua et inscriptione 'Sancti Dei' inauguratis, cum de paedagogiis aulicis necio quem

---

1 haec DEG *Rhen. Gel.* 3 efficiatur M 4 auditu LM sacrarii F sacri V *Wal.* nosse gratis D *edd.* 6 quid non E inhonorandos F adorandos LM 9 abba F 10 auruspex M 13 Larentiam D *Rhen. Gel.* Laurentiam EG 15 et dianas *om.* F adore eis M adore eius L adoratis *edd. Wal.* 16 paedagogis FDEGLM aut aulicis D *Rhen. Gel.*

---

3 Min. Fel. 24, 11 mendicantes vicatim deos ducunt (Galli); cf. Lucr. 2, 618 usque 628; Ovid. fast. 4, 213; Apul. met. 8, 27; Commodian. 1, 17, 12 sed stipem ut tollant, ingenia talia quaerunt; Aug. civ. 7, 26.

6 De spect. 13 (15, 22 RW) dum mortui et dei unum sunt.

6 sqq. ad nat. 1, 10 (77, 10 RW) quid omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris ex aequo praebeatis? extruitis aras deis, aeque mortuis aras; easdem titulis superscribitis litteras, easdem statuis inducitis formas, ut cuique ars aut negotium aut aetas fuit.

9 Liv. 25, 2, 10 Jovis epulum fuit ludorum causa; 27, 36, 9; Gell. 12, 8, 2 cum . . . sollemni die epulum Jovi libaretur atque ob id sacrificium senatus in Capitolio epularetur; Festus p. 294 silicernium cena funebris; Donat. ad Terent. adelph. 4, 2, 48, silicernium cena quae infertur dis manibus, quod eam silentes cernant, vel quod qui haec inferunt, cernant tantum neque degustant; Serv. ad Aen. 5, 92 leviter gustavit epulas super positas, quae silicernium vocantur quasi silicernium, super cilicem positum.

9 Varro L. L. 5, 124 qui sumebant minutatim, a sumendo simpuvium nominarunt . . . in sacruficiis remansit guttum et simpuvium; Festus p. 337 simpulum vas parvulum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur.

Non. 146 obba poculi genus, quod nunc ubba dicitur. 545 obba poculi genus vel ligneum vel ex sparto.

10 Non. 157 pollinctores sunt qui mortuos curant; Fulgent. expos. serm. ant. 3 pollinctores dicti sunt qui funera morientia accurant . . . pollinctores dicti sunt quasi pollutorum unctores, id est cadaverum curatores.

adparet: ministrat, praesto est.

14 ad nat. 2, 10 (113, 9 RW) non puduit auctores vestros de Larentina palam facere. scortum haec meritorium fuit, sive dum Romuli nutrix et ideo lupa quia scortum, sive dum Herculis amica est et iam mortui Herculis id est iam dei.

Lais et Phryne meretrices Graecae fuerunt; cf. Tatian. or. c. Gr. 33. 34.

15 sq. Justin. apol. 1, 26, 2 *Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιττῶν, ὅς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις*

synodi deum facitis, licet non nobiliores dei veteres vestri, tamen contumeliam a vobis deputabunt, hoc et aliis licuisse, quod soli ab antiquitate praeceperant.

XIV. Volo et ritus vestros recensere; non dico quales sitis in sacrificando, cum enecta et tabidosa quaeque mactatis, cum de opimis et integris supervacua quaeque truncatis, capitula et ungulas, quae domi quoque pueris vel canibus destinassetis, cum de decima Herculis nec tertiam partem in aram eius inponitis; laudabo magis sapientiam, quod de perdito aliquid eripitis.

---

1 synodi D sinhodi PBM sinodi GL sui hodie E cinhothi F cynaedum *edd.* vestri *om. V* 2 alii F soli ab antiquitate praeceperant F solis antiquitas contulit V 4 XIII de sacrificando. Volo V tritus M 5 tabidosa F tabidosa et scabiosa V *sed cf. ad nat. 1, 10 (78, 15 RW)* 8 laudo *edd.*

ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι ῾Ρώμῃ θεὸς ἐνομίσθη καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν ῾Ρωμαϊκὴν ταύτην· SIMONI DEO SANCTIO. Iren. adv. haer. 1, 23, 1; Cyrill. Hieros. catech. 6, 14; sed errant; anno enim 1574 Romae loco a Justino designato lapis, qui olim statuae basis fuerat, e ruderibus effossus est inscriptus: Semoni Sanco Deo Fidio Sacrum (CIL 6, 567. 568). Hic Semo Sancus erat Sabinorum deus et praeerat pactis, nominatus a verbo sanciendi; quapropter etiam Deus Fidius appellabatur. Justinus sine dubio nominis similitudine deceptus est.

1 ad nat. 2, 10 (114, 10 RW) quis denique Antinoo controversiam divinitatis agitavit? — Antinous formosus iuvenis Claudipoli in Bythinia natus in deliciis fuit imperatori Hadriano; cui ut vitam prolongaret in Nilum se iniecit; ita vita functus ab imperatore inter deos relatus est. — Justin. apol. 1, 29, 4 *οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν διὰ φόβον σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.* Athenag. suppl. 30 *καὶ Ἀντίνους φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑμετέρων προγόνων πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἔτυχε νομίζεσθαι θεός.* Theophil. 3, 8; Tatian or. c. Gr. 10; Clem. Alex. protrept. 4, 49; Prud. c. Symm. 1, 271 Quid loquar Antinoum caelesti in sede locatum?

de paedagogiis aulicis: paedagogium aut ludum significat, in quo instituebantur pueri ad ministeria imperatoris, aut ipsos pueros, qui ludum frequentant; cf. Senec. ep. 123, 7 omnium paedagogia oblita facie vehebantur; de vita beata 17, 2 quare paedagogium pretiosa veste cingitur? de tranq. an. 1, 8 praestringit animorum adparatus alicuius paedagogii.

synodi deorum: cf. c. 6, 8 curia deorum; de spect. 7 (8, 28 RW) illius urbis, in qua daemoniorum conventus consedit. CIL 3, 1061 consessui deorum dearumque.

2 adv. Marc. 1, 18 (313, 29 K) si sic homo deum commentabitur, quomodo . . . quidam ante hoc tempus Antinoum, hoc aliis licebit.

4 c. 11, 11 volo igitur merita recensere; Min. Fel. 24, 11 quorum ritus si perceriseas, ridenda quam multa etiam miseranda sunt!

4 sqq. ad nat. 1, 10 (78, 13 RW) recognoscite igitur, quam derisores inveniamini numinum vestrorum. non dico quales sitis in sacrificando, quod enecta et tabida quaeque mactatis, de opimis autem et integris supervacua esui capitula et ungulas et plumarum setarumque praevulsa, et si quid domi quoque abiecturi fuissetis.

7 Macr. 3, 12, 2 testatur etiam Terentius Varro in ea satura, quae inscribitur *περὶ κεραυνοῦ*, maiores solitos decimam Herculi vovere nec decem dies intermittere, quin pollucerent.

9 c. 16, 8 laudo diligentiam.

2 Sed conversus ad litteras vestras, quibus informamini ad prudentiam et liberalia officia, quanta invenio ludibria! Deos inter se propter Troianos et Achivos ut gladiatorum paria congressos depugnasse; Venerem humana sagitta sauciatam, cum filium suum Aeneam, ne interimeretur a Diomede, rapere voluisset, 3 Martem tredecim mensibus in vinculis paene consumptum; Iovem, ne eandem vim a ceteris caelitibus experiretur, opera cuiusdam monstri liberatum, et nunc flentem Sarpedonis casum, nunc foede subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum iampridem amicarum. 4 Exinde quis non poëta ex auctoritate principis sui dedecorator invenitur deorum? Hic Apollinem Admeto pascendis pecoribus addicit; ille Neptuni

2 et ad DG *edd.* 4 Venerae M cum — voluisset *secl. Col.* cum Fquod V ne F paene V 5 interimetur F interfectum V ab eodem Diomede V, *cf. praef. 9* 5 rapere FV recipere E voluisset F vellet V 6 vim *om.* M 8 casum V causa F *Wal.* cubantem P²G 9 iampridem *om.* F 11 Admeto regi V regi *om.* F *ad nat. 2, 17 (131, 15 RW)*; *cf. Min. Fel. 23, 5* Apollo Admeto pecus pascit; *Cypr. quod idola d. n. s. 2 (20, 1 H)*; *Arnob. 4, 25 (161, 23 R)*; *Aug. de civ. 18, 13*; *Hieron. adv. Jovin. 1, 45* 11 Nuptuni F

1 sqq. cf. Clem. Alex. Protrept. 2, 27—39; ad nat. 1, 10 (78, 22 RW) nec eis cessat litteratura, quae aut turpius aut vana aut falsa de deis inferat . . . adhuc meminimus Homeri. ille, opinor, est, qui . . . de illis favore diversis gladiatoria quodammodo paria composuit, Venerem sauciat sagitta humana Martem tredecim mensibus in vinculis detinet fortasse periturum, eadem Jovem paene perpessum a caelitum plebe traducit aut lacrimas eius super Sarpedonem excutit aut luxuriantem cum Junone foedissime inducit commendato libidinis desiderio per commemorationem et enumerationem amicarum. Min. Fel. 23, 3 hic enim praecipuus bello Troico deos vestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus et actibus miscuit, hic eorum paria composuit, sauciavit Venerem, Martem vinxit vulneravit fugavit. Jovem narrat Briareo liberatum, ne a diis ceteris ligaretur, et Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flentem et toro Veneris inlectum flagrantius, quam in adulteras soleat, cum Junone uxore concumbere.

3 Ilias 5, 66 sqq.

4 Ilias 5, 330 sqq.; Verg. Aen. 11, 277; Arnob. 4, 25 qui Martem fecit et Venerem mortalium manibus vulneratos.

5 Ilias 5, 385; Verg. Aen. 10, 567.

7 monstri: Briarei; Ilias 1, 396 sqq.; cf. Serv. Aen. 10, 567 Homerus nihil dicit aliud quam centum manus eum habuisse et auxilio eum Jovi adversus Neptunum Junonem et Minervam fuisse. Ilias 16, 458 sqq.

9 Ilias 14, 312 sqq. — ad nat. 1, 10 (79, 11 RW) exinde quis non poetarum ex auctoritate principis sui in deos insolens aut vera prodendo aut falsa fingendo? et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non aerumnas ac poenas dei praefarentur?

11 Ilias 2, 765; Min. Fel. 23, 5 alibi Hercules stercora egerit et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti vero muros Neptunus instituit nec mercedem operis infelix structor accepit. Cypr. quod idola d. n. s. 2 (20, 1 H) Apollo Admeto pecus pavit, Laomedonti muros Neptunus instituit nec mercedem operis infelix instructor accepit. Arnob. 4, 25 (161, 23 R). Lact. div. inst. 1, 10, 3 (Apollo) nonne ob amorem, quo flagrabat, turpissime gregem pavit alienum et muros Laomedonti extruxit mercede conductus, quae illi negari potuit inpune? Commodian. 1, 11, 3 sqq.

Neptuni: Ilias 21, 443 sqq.

structorias operas Laomedonti locat. 5 Est et ille de lyricis, Pindarum dico, qui Aesculapium canit avaritiae merito, quia medicinam nocenter exercebat, fulmine iudicatum. Malus Juppiter, si fulmen illius est, inpius in nepotem, invidus in artificem. 6 Haec neque vera prodi neque falsa confingi apud religiosissimos oportebat. Nec tragici quidem aut comici parcunt, ut non aerumnas vel errores domus alicuius dei praefentur.

7 Taceo de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum quercum et hircum et canem deierabat. 'Sed propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat.' Plane olim, id est semper, veritas odio est. 8 Tamen cum paenitet iam sententiae Athenienses, ut crimi-

2 qua D *Gel. Pam. Herald.* 3 vindicatum *edd.* 4 vero F1 prodi V proinde F 5 ne F *Wal.* 6 non aerumn.] ne rumpnas M 7 praefentur PBG *Pam. Herald.* praeferantur F praeferentur D proferant E profertur LM praefarentur *Junius* 9 et hircum *om.* F 10 qui DG 11 paenitet iam *Thörnell, Eranos 16 (1916) 153* paenitet F paenitentia V *Oehl.* paenituerit *Hartel; cf. ad nat. 1, 10 (79, 19 RW)*

1 Pindar. Pyth. 3. ad nat. 2, 14 (126, 13 RW) is Apollinis filius . . . merito, id quod nemo negare potest, fulmine haustus est. malus Juppiter Optimus hic rursus est, inpius in nepotem, invidus in artificem. sedenim Pindarus meritum eius non occultavit: cupiditatem et avaritiam lucri in eo dicit vindicatam, qua quidem ille vivos ad mortem, non mortuos autem ad vitam praevaricatione venalis medicinae agebat. Hygin. fab. 49 Aesculapius Apollinis filius Glauco Minois filio vitam reddidisse sive Hippolyto dicitur, quem Juppiter ob id fulmine percussit. Min. Fel. 22, 7 Aesculapius ut in deum surgat fulminatur. Arnob. 4, 24 (161, 3 R) numquid cupidinis atque avaritiae causa, sicut canit Boeotius Pindarus, Aesculapium fulminis transfixum esse telo? Lact. div. inst. 1, 10, 1 Aesculapius et ipse non sine flagitio Apollinis natus quid fecit aliud divinis honoribus dignum nisi quod sanavit Hippolytum? mortem sane habuit clariorem, quod a deo meruit fulminari. Justin. apol. 1, 21, 2 *Ἀσκληπιὸν δέ, καὶ θεραπευτὴν γενόμενον, κεραυνωθέντα ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανόν.*

5 sq. cf. ad p. 63, 9.

8 sqq. ad nat. 1, 10 (79, 15 RW) taceo de philosophis . . . denique et Socrates in contumeliam eorum quercum et canem et hircum iurat. nam etsi idcirco damnatus est, cum paenituerit Athenienses damnationis, ut criminatores quoque inpenderint, restituitur testimonium Socrati, et possum retorquere probatum esse in illo quod nunc reprobatur in nobis. sed et Diogenes nescio quid in Herculem lusit et Romani stili Diogenes Varro trecentos Joves, seu Juppiteres dicendum est, sine capitibus inducit. Theophil. ad Autol. 3, 2 *ἢ Σωκράτην τὸ ὀμνύειν τὸν κύνα ἢ τὴν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον.* Acta S. Apollon. (Rauschen floril. patr. 3, 77) *καταγελῶν δέ μοι δοκεῖ καὶ Σωκράτης Ἀθηναίων τὴν πλάτανον ὀμνύναι ξύλον τὸ ἄγριον.* Philostr. vita Apoll. 6, 19 *ἐγένετό τις Σωκράτης Ἀθηναῖος ἀνόητος ὃς τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον θεούς τε ἡγεῖτο καὶ ὤμνυ.* Suidas s. v. *χῆνα. ὑπὲρ τοῦ μὴ θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν Ῥαδάμανθυς ἐκέλευε κατὰ χῆνος καὶ κρίου ὀμνύναι, οὐχ, ὥς τινες, Σωκράτης.* Heinze 363 sq. J. Geffcken, Sokrates u. d. alte Christentum, Heidelberg 1908, 41.

10 Xenophon. mem. 1, 1 *ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων.*

10 Terent. Andr. 68 veritas odium parit. Paul. ep. ad Gal. 4, 16 ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis.

11 sqq. La. Diog. 2, 5, 23 *ὁ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἦν. Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια. καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελήτου δὲ θανάτου κατέγνωσαν. Σωκράτην δὲ χαλκῇ εἰκόνι ἐτίμησαν, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ πομπείῳ.*

natores Socratis postea efflixerint et imaginem eius auream in templo conlocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddit. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit, et Romanus cynicus Varro trecentos Ioves, sive Juppiteros dicendos, sine capitibus inducit.

XV. Cetera lasciviae ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. Despicite Lentulorum et Hostiliorum venustates, utrum mimos an deos vestros in iocis et strophis rideatis: moechum Anubin et masculum Lunam et Dianam flagellatam et Iovis mortui testamentum recitatum et tres Hercules famelicos inrisos. 2 Sed et

1 efflixerint F afflixerint V afflixerit D affluxerint M affluxerunt L 2 damnatio V damnatione F reddit V reddiderunt F reddidit *Oehl.* 4 iupiteros F iupitros PBELM *Oehl.* Jupiteres *edd.* Juppiteres *Reiff. ad nat. 1, 10 (79, 24)* dicendos V dicendum F *edd. Wal.* inducit F introducit V *cf. ad nat. 1, 10 (79, 25 RW)* 6 dispicite *edd. sed cf. ad nat. 1, 10 (79, 26 RW)* despici(te) *cod. Agob.*; *Thes. L. L. V 744, 26* Lentulos F vestutates DEF 8 et Jovis — inrisos *om.* F. 9 familicos PM

Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου. Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. 6, 1, 4 narrat Antisthenem Cynicum auctorem fuisse et exilii Anyto et mortis Meleto.

3 La. Diog. 6, 12, 80 Diogenem Cynicum septem tragoedias scripsisse tradit, in quibus erat Hercules, quem cynici quasi sectae suae principem praedicabant. Sed et Lucianus dialog. mort. 16 et *βίων πράσεις* 8 sqq. Diogenem inludentem facit in Herculem.

4 Senec. apocoloc. 8 quomodo potest (deus) „rotundus“ esse, ut ait Varro, „sine capite, sine praeputio?“ est aliquid in illo Stoici dei (i. e. mundi), iam video: nec cor nec caput habet. Min. Fel. 22, 6 et ne longius multos Joves obeam, tot sunt Jovis monstra quot nomina. Theophil. ad Autol. 1, 10.

5 sqq. ad nat. 1, 10 (79, 25 RW) cetera lasciviae ingenia etiam voluptates vestras per dedecus deorum administrant. despicite apud vos Lentulorum et Hostiorum sacrilegas venustates, utrum mimos an deos vestros in strophis et iocis rideatis.

6 Lentulus et Hostilius mimographi fuerunt.

7 strophis: fallaciis; de spect. 29 (28, 7 RW) nec fabulae, sed veritates, nec strophae, sed simplicitates. adv. Marc. 3, 10 (392, 19 K) quanto dignius necessitas fidem quam stropham administrasset!

8 Anubis, qui c. 6, 8 cynocephalus dicitur, filius Osiridis dei Aegyptiorum erat animis ad inferos euntibus comes. Joseph. Flav. antiq. 18, 72 sqq. narrat Romae temporibus Tiberii Mundum quendam amore Paulinae, feminae illustrissimae, uxoris Saturnini, captum auxilio sacerdotum pecunia correptorum illam in fano Isidis sub nomine dei Anubidis latitantem vitiasse.

Spartian. Carac. 6, 6 atque inde Carras Luni dei gratia venisset. 7, 3 quoniam dei Luni fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusque id memoriae traditum atque ita nunc quoque a Carrenis praecipue haberi, ut qui Lunam femineo nomine ac sexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inserviat; qui vero marem deum esse crediderit, is dominetur uxori neque ullas muliebres patiatur insidias. unde quamvis Graeci vel Aegyptii eo genere quo feminam hominem, etiam Lunam deum dicant, mystice tamen Lunum dicunt.

Dianam flagellatam: cf. Ilias 21, 489 sqq.

9 Athen. 9/10 p. 411 A *τὸν λόγον ἀρχὴν ποιησόμεθα τῶν ἑξῆς ἀπὸ τῆς τοῦ Ἡρακλέους ἀδηφαγίας* . . . afferuntur versus *Ἀστυδάμαντος τοῦ τραγικοῦ*, qui *ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ* illuserat in Herculem semper esurientem.

histrionum litterae omnem foeditatem eorum designant. Luget Sol filium de caelo ictum laetantibus vobis, et Cybele pastorem suspirat fastidiosum non erubescentibus vobis, et sustinetis Iovis elogia cantari et Iunonem Venerem Minervam a pastore iudicari. 3 Ipsum quod imago dei vestri ignominiosum caput et famosum vestit, quod corpus inpurum et ad istam artem effeminatione productum Minervam aliquam vel Herculem repraesentat, nonne violatur maiestas et divinitas constupratur plaudentibus vobis?

4 Plane religiosiores estis in cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum proinde saltant dei vestri, argumenta et historias noxiis ministrantes, nisi quod et ipsos deos vestros saepe noxii induunt. 5 Vidimus aliquando castratum Attin, illum deum ex

2 de caelo ictum *scripsi cf. ad nat. 1, 10 (80, 3 RW)* de caelo iactatum V iactatum de caelo D *edd.* de caelo detractum F *Wal.* pastorem DEG *edd.* pastorum PBLM 4 ipsum] quid *edd.* 5 ignominiosissimum D *edd.* 6 arcem FD 8 plaudentibus F laudantibus V *edd.* 12 deum vestrum e F

1 histrionum litterae sunt fabulae pantomimicae.

1 sqq. ad nat. 1, 10 (79, 28 RW) sed et histrionicas litteras magna cum voluptate suscipitis, quae omnem foeditatem designant deorum. constuprantur coram vobis maiestates in corpore inpuro. famosum et diminutum caput imago cuiuslibet dei vestit. luget Sol filium fulmine extinctum laetantibus vobis, Cybela pastorem suspirat fastidiosum non erubescentibus vobis et sustinetis Jovis elogia modulari. Min. Fel. 37, 12 in scenicis etiam non minor furor et turpitudo prolixior; nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monstrat, nunc enervis histrio amorem, dum fingit, infligit; idem deos vestros induendo stupra suspiria odia dedecorat, idem simulatis doloribus lacrimas vestras vanis gestibus et nutibus provocat. Lact. div. inst. 6, 20, 27 sqq. in scaenis quoque nescio an sit corruptela vitiosior. nam et comicae fabulae . . . item tragicae historiae . . . histrionum quoque inpudicissimi motus . . . quid de mimis loquar . . .? Arnob. 4, 35 sed poetis tantummodo licere voluistis indignas de dis fabulas et flagitiosa ludibria comminisci? quid pantomimi vestri, quid histriones, quid illa mimorum atque exoleti generis multitudo? nonne ad usum quaestus sui abutuntur dis vestris et lenocinia voluptatum ex iniuriis adtrahunt contumeliisque divinis?

2 sqq. Arnob. 7, 33 ponit animos Juppiter, si Amphitryon fuerit actus pronuntiatusque Plautinus, aut si Europa, si Leda, Ganymedes fuerit saltatus aut Danae, motum conpescit irarum? tranquillior, lenior Mater Magna efficitur, si Attidis conspexerit priscam refricari ab histrionibus fabulam? obliterabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere viderit saltatoriis in motibus pantomimum? 4, 35 saltatur et Magna sacris compta cum infulis Mater et contra decus aetatis illa Pessinuntia Dindymene in bubulci unius amplexum flagitiosa fingitur adpetitione gestire.

5 Gavius Bassus, unde „persona" appellata sit, interpretatus apud Gellium 5, 7, 2 dicit: caput et os coperimento personae tectum undique unaque tantum vocis emittendae via pervium . . .

9 ad nat. 1, 10 (80, 5 RW) plane religiosiores estis in gladiatorum cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum perinde saltant dei vestri argumenta et historias nocentibus erogandis ut in ipsis deis nocentes puniantur. vidimus saepe castratum Attin deum a Pessinunte, et qui vivus cremabatur, Herculem induerat. risimus et meridiani ludi de deis lusum, quo Ditis pater, Jovis frater, gladiatorum exequias cum malleo deducit, quo Mercurius in calvitio pennatulus, in caduceo ignitulus, corpora exanimata iam mortemve simulantia e cauterio probat.

12 Arnob. 4, 35 nec non et illa proles Jovis Sophoclis in Trachiniis Hercules

Pessinunte, et qui vivus ardebat, Herculem induerat. Risimus et inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem; vidimus et Iovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem. 6 Singula ista quaeque adhuc investigare quis posset? Si honorem inquietant divinitatis, si maiestatis fastigium adsolant, de contemptu utique censentur tam eorum, qui eiusmodi factitant, quam eorum, quibus factitant.

7 Sed ludicra ista sint! Ceterum si adiciam, quae non minus conscientiae omnium recognoscent, in templis adulteria conponi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumque aedituorum et sacerdotum tabernaculis sub isdem vittis et apicibus et purpuris ture flagrante libidinem expungi, nescio ne plus de vobis dei vestri quam de christianis querantur. Certe sacrilegi de vestris semper adprehenduntur; christiani enim templa nec interdiu norunt; spoliarent forsitan ea et ipsi, si et ipsi ea adorarent.

1 pessinunta PBEGM pessiminta L 4 quis posset investigare D *Rhen. Gel. Pam.* 5 fastigium F fastigia E vestigia V adsolant F obsoletant V *cf. ad nat. 1, 10 (80, 16 RW)* 9 templo E 14 enim *om.* D *Rhen.*

pestiferi tegminis circumretitus indagine miserabiles edere inducitur heiulatus, violentia doloris frangi atque in ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione consumi.

2 Suet. Claud. 34, 2 bestiaris meridianisque adeo delectabatur, ut et prima luce ad spectaculum descenderet et meridie dimisso ad prandium populo persederet. Senec. ep. 1, 7, 3.

4 sqq. ad nat. 1, 10 (80, 14 RW) singula ista quaeque adhuc investigare quis possit, si honorem inquietant divinitatis, si maiestatis fastigium adsolant? di de contemptu utique censentur quam eorum qui eiusmodi factitant quam eorum qui ista suscipiunt; adv. Marc. 2, 27 (373, 4 K) si enim deus . . . tanta humilitate fastigium maiestatis suae stravit; ad nat. 1, 10 (75, 28 RW).

9 sqq. cf. ad 15, 1 (Joseph. ant. 18, 65 sqq.); de pud. 5 (227, 8 RW) ego quidem idololatria saepissime moechiae occasionem subministro. sciunt luci mei et mei montes et vivae aquae ipsaque in urbibus templa quantum evertendae pudicitiae procurem. Min. Fel. 25, 11 ubi autem magis a sacerdotibus quam inter aras et delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentius denique in aedituorum cellulis quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur. Aug. de civ. 6, 10; Ovid. amores 2, 2, 25; ars am. 1, 77 sqq.; Juven. 6, 488 sqq.; 9, 22 sqq.; Sueton. Tib. 44 fertur etiam in sacrificando quondam captus facie ministri acerram praeferentis nequisse abstinere, quin paene vixdum re divina peracta ibidem statim seductum constupraret simulque fratrem eius tibicinem; L. Friedländer, Sittengesch. Roms I[9] 301; O. Weinreich, Der Trug des Nektanebos, Leipzig 1911.

11 Verg. ecl. 8, 64 effer aquam et molli cinge haec altaria vitta Verbenasque adole pinguis et mascula tura. Festus s. v. apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo apere dicebant. unde aptus is qui convenienter alicui iunctus est. Serv. Aen. 2, 683 apex proprie dicitur in summo flaminis pilleo virga laneata, hoc est in cuius extremitate modica lana est. quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. 10, 270.

13 ad Scapul. 2 (I 540 Oehl.) nos, quos sacrilegos existimatis, nec in furto unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio; omnes autem, qui templa dispoliunt et per deos iurant et eosdem colunt, et christiani non sunt et sacrilegi tamen deprehenduntur.

15 Ovid. trist. 2, 291 adoranti Junonis templa; fast. 3, 882.

1 Quid ergo colunt qui talia non colunt? Iam quidem intellegi subiacet veritatis esse cultores qui mendacii non sint, nec errare amplius in eo, in quo errasse se recognoscendo cessaverunt. Hoc prius capite et omnem hinc sacramenti nostri ordinem haurite, repercussis ante tamen opinionibus falsis.

XVI. Nam, ut et quidam, somniastis caput asininum esse deum nostrum. Hanc Cornelius Tacitus suspicionem eiusmodi inseruit. 2 Is enim in quarta Historiarum suarum de bello Iudaico exorsus ab origine gentis, et tam de ipsa origine quam de nomine et religione gentis quae voluit argumentatus, Iudaeos refert Aegypto expeditos sive, ut putavit, extorres vastis Arabiae in locis et aquarum egentissimis, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri aestimabantur, indicibus fontis usos, ob eam gratiam consimilis

3 cessaverint D *Rhen. Herald. Rig.* 4 repercus *deficit* F2 ante *om. Rhen. Gel.* 6 XV de capite asinino et de ceteris insignibus quae videntur colere. Nam V ut et *Petropolit.* et ut PG *Oehl. Löfst. III 25 adn.* ut FBDELM 7 huiusmodi F eiusmodi dei *Oehl.* 8 quarta] quinta V *Herald. Rig.* quarto F quinto *Rhen. Gel. Pam. cf. ad nat. 1, 11 (80, 25 RW)* de bello Judaico F bellum Judaicum V 9 et tam *Löfst. I 90* etiam FV *cf. ad nat. 1, 11 (81, 1 RW)* 11 extorres V exterminatos F et aquarum F *Löfst. I 91* et *om.* V 13 aestimarentur F *sed cf. ad nat. 1, 11 (81, 4 RW)* fontis F fontibus V *itemque cod. Agob. ad nat. 1, 11 (81, 4 RW)* consimili F

6 sqq. ad nat. 1, 11 (80, 23 RW) nam ut quidam somniastis caput asininum esse deum nostrum: hanc Cornelius Tacitus suspicionem fecit. is enim in quarta historiarum suarum, ubi de bello Judaico digerit, ab origine gentis exorsus, et tam de ipsa origine quam de nomine religionis ut voluit argumentatus, Judaeos refert in expeditione vastis in locis aquae inopia laborantes onagris, qui de pastu aquam petituri aestimabantur, indicibus fontis usos evasisse; ita ob eam gratiam consimilis bestiae superficiem a Judaeis coli. inde opinor praesumptum nos quoque, ut Judaicae religionis propinquos, eidem simulacro initiari. at enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, oblitus affirmationis suae in posterioribus refert Pompeium Magnum de Judaeis debellatis captisque Hierosolymis templum adisse et perscrutatum nihil simulacri reperisse. ubi ergo is deus fuerit? utique nusquam magis quam in templo tam memorabili, praesertim omnibus praeter sacerdotibus clauso, quo non vererentur extraneum.

6 Min. Fel. 28, 7 inde est quod audire te dicis (9, 3) caput asini rem nobis esse divinam. cf. R. Wünsch, Sethianische Verfluchungstafeln, Leipzig 1898, 111, qui asini imaginem de Typhon Seth deo Aegyptio interpretatus est.

7 Tac. hist. 5, 3.

10 sqq. Tac. hist. 5, 3 plurimi auctores consentiunt orta per Aegyptum tabe quae corpora foedaret, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remedium petentem purgare regnum et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere iussum. sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, . . . Moysen unum exulum . . . sed nihil aeque quam inopia aquae fatigabat iamque haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex asinorum agrestium e pastu in rupem nemore opacam concessit. secutus Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum venas aperit . . . effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrali sacravere.

12 Suidas s. v. *Δαμόκριτος ἱστορικὸς περὶ Ἰουδαίων φησίν, ὅτι χρυσῆν ὄνου κεφαλὴν προσεκύνουν καὶ κατὰ ἑπταετίαν ξένον ἀγρεύοντες προσέφερον καὶ κατὰ λεπτὰ τὰς σάρκας διέξαινον καὶ οὕτως ἀνῄρουν.*

bestiae superficiem consecrasse. 3 Atque ita inde praesumptum opinor nos quoque ut Iudaicae religionis propinquos eidem simulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert Gneium Pompeium, cum Hierusalem cepisset propatereaque templum adisset speculandis Iudaicae religionis arcanis, nullum illic repperisse simulacrum. 4 Et utique si id colebatur, quod aliqua effigie repraesentabatur, nusquam magis quam in sacrario suo exhiberetur, eo magis quia nec verebatur extraneos arbitros, quamquam vana cultura. Solis enim sacerdotibus adire licitum; etiam conspectui ceterorum velo obpanso interdicebatur. 5 Vos tamen non negabitis, et iumenta omnia et totos cantherios cum sua Epona coli a vobis. Hoc forsitan inprobamur, quod inter cultores omnium pecudum bestiarumque asinarii tantum sumus.

6 Sed et qui crucis nos religiosos putat, consecraneus erit noster.

1 super faciem F opinor praesumptum D *edd.* pressum opinor BEL 2 eodem F 9 unam culturam LM 10 licitum erat F conspectui F conspectus V 12 suae ponaculi a LM sua Eponia coli G sue pene coli E sua Hippona coli D *edd.* inprobandum D *edd.* 14 et *om.* M consectaneus E *Gel.*

4 Tac. hist. 5, 9 Romanorum primus Cn. Pompeius Judaeos domuit templumque iure victoriae ingressus est: inde vulgatum nulla intus deum effigie vacuam sedem et inania arcana. Joseph. Flav. c. Apion. 2, 80 in hoc enim sacrario Apion praesumpsit edicere asini caput colocasse Judaeos et id colere ac dignum facere tanta religione; et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes et exspoliasset templum et illud caput inventum ex auro conpositum multis pecuniis dignum . . . 82 legibus namque semper utimur iisdem; in quibus sine fine consistimus. et quum varii casus nostram civitatem sicut etiam aliorum vexaverint, et Pius ac Pompeius Magnus ac Licinius Crassus et ad novissimum Titus Caesar bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic invenere.

11 sqq. ad nat. 1, 11 (81, 17 RW) certe negabitis vos eadem habere nobiscum? sane vos totos asinos colitis et cum sua Epona et omnia iumenta et pecora et bestias, quae perinde cum suis praesepibus consecratis. et hoc forsitan crimini datis, quod inter cultores omnium tantum asinarii sumus. Min. Fel. 28, 7 nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel Epona consecratis et eosdem asinos cum Iside religiose devoratis, item boum capita et capita vervecum et immolatis et colitis, de capro etiam et homine mixtos deos et leonum et canum vultus deos dedicatis. Joseph. Flav. c. Apion. 2, 81 ad haec igitur prius equidem respondeo, quoniam Aegyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, quum non sit deterior asinus furonibus et hircis et aliis qui sunt apud eos dii.

12 Epona dea, patrona equorum asinorum mulorum.

14 sqq. ad nat. 1, 12 (81, 22 RW) sed et qui nos crucis antistites affirmat, consacerdos erit noster. crucis qualitas signum est de ligno: et eandem materiam colitis penes vos cum effigie. quanquam sicut vestrum humana figura est, ita et nostrum sua propria. viderint nunc liniamenta, dum una sit qualitas; viderit forma, dum ipsum sit dei corpus. quodsi de hoc differentia intercedit, quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres Pharia, quae sine forma rudi palo et solo staticulo ligni informis repraesentatur? pars crucis et quidem maior est omne robur quod derecta statione defigitur. sed nobis tota crux inputatur . . . enimvero de reliquo integra est religio vobis integrae crucis, sicut ostendam. ignoratis autem etiam originem istam deis vestris de isto patibulo provenisse. plasta autem lignum crucis in primo statuit. Min. Fel. 29, 6 cruces etiam nec colimus nec optamus. vos plane, qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas ut deorum vestrorum partes forsitan adoratis.

Cum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus, quando materiae qualitas eadem sit, viderit forma, dum id ipsum dei corpus sit. Et tamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres Pharia, quae sine effigie rudi palo et informi ligno prostat? 7 Pars crucis est omne robur, quod erecta statione defigitur. Nos, si forte, integrum et totum deum colimus. Diximus originem deorum vestrorum a plastis de cruce induci. Sed et Victorias adoratis in tropaeis, cum cruces intestina sint tropaeorum. 8 Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa adorat, signa iurat, signa omnibus deis praeponit. Omnes illi imaginum suggestus in signis monilia crucum sunt; sipara illa vexillorum et cantabrorum stolae crucum sunt. Laudo diligentiam: noluistis incultas et nudas cruces consecrare.

9 Alii plane humanius et verisimilius solem credunt deum nostrum.

1 quando F cum V *Rhen.* dum D *Gel. Pam. Herald. Rig.* 2 sit V *Hoppe I 78* est F dei *om.* M 4 pharia F fariam PBGM farina EL farra D farrea *edd.* infirmo F prostat D *edd.* prostant FE (*add.* postera est omne robur) prostrat PBGLM *cf. ad nat. 1, 12 (82, 1 RW)* 5 diffingitur M 7 de V in F *Wal. cf. ad nat. 1, 12 (82, 8 RW)* in tropaeis cum *Wal.* cum in tropaeis V *Rau* cum tropaeis F *cf. ad nat. 1, 12 (83, 11 RW)* 8 cruces *om.* F cruces sint intestina *Rau.* Romanorum *om.* F 9 signa adorat *om. V sed. cf. ad nat. l. c. (83, 15 RW).* 10 in signis F insignes V circum D 11 sipara — sunt *post* diligentiam *transpos.* F sifara V si farra D syphara F 12 nudas et incultas D *edd.*

1 viderit habitus: nihil refert, qualis sit habitus; cf. de test. an. 1 (135, 5 RW) viderint, si qui de unico et solo deo pronuntiaverunt; et saepius.

3 sq. Pausan. Arcad. 32, 4 *εἰσὶ δὲ ὑποκαταβάντι ὀλίγον θεοὶ — παρέχονται δὲ καὶ οὗτοι σχῆμα τετράγωνον, Ἐργάται δὲ ἔστιν αὐτοῖς ἐπίκλησις — Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἐργάτη καὶ Ἀπόλλων ἀγυιεύς.* De rudi simulacro Cereris Phariae (Isidis Phariae: Min. Fel. 21, 1) ab insula Pharo prope Alexandriam sita appellatae nemo nisi Tertullianus tradidit.

6 cf. c. 12, 3.

7 sqq. ad nat. 1, 12 (83, 11 RW) victorias ut numina, et quidem augustiora, quanto laetiora, veneramini. constructione quo melius extollant, cruces erunt, intestina quodammodo tropaeorum. itaque in Victoriis et cruces colit castrensis religio, si signa adorat, signa deierat, signa ipsi Jovi praefert. sed ille imaginum suggestus et totius auri cultus monilia crucum sunt. sic etiam in cantabris atque vexillis, quae non minore sanctitate militia custodit, siphara illa vestes crucum sunt. erubescitis, opinor, incultas et nudas cruces colere. Min. Fel. 29, 7 nam et signa ipsa et cantabra et vexilla castrorum quid aliud quam inauratae cruces sunt et ornatae? tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et adfixi hominis imitantur. Justin. apol. 1, 55, 6 *καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου δύναμιν δηλοῖ, λέγω δὲ τὰ τῶν οὐηξίλλων καὶ τῶν τροπαίων, δι' ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται, τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράττετε. 7 καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀνατίθετε.*

9 Sueton. Claud. 14, 3 aquilas et signa Romana Caesarumque imagines adoravit.

11 siparum] Isidor. etym. 19, 3, 4 genus veli; unum pedem habens, quo iuvari navigia solent in navigatione, quotiens vis venti languescit. — cantabrum] signum militare aetatis imperatoriae.

13 sqq. ad nat. 1, 13 (83, 21 RW) alii plane humanius solem christianum deum aestimant, quod innotuerit ad orientis partem facere nos precationem, vel die solis laetitiam curare. quid? vos minus facitis? non plerique affectatione ado-

Ad Persas, si forte, deputabimur, licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum ubique in suo clipeo. 10 Denique inde suspicio, quod innotuerit nos ad orientis regionem precari. Sed et plerique vestrum adfectatione aliquando et caelestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. 11 Aeque si diem solis laetitiae indulgemus, alia longe ratione quam religione solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio et victui decernunt, exorbitantes et ipsi a Iudaico more, quem ignorant.

12 Sed nova iam dei nostri in ista proxime civitate editio publicata est, ex quo quidam frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum eiusmodi inscriptione: DEUS CHRISTIANORUM ONOKOITES. Is erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans et togatus. Risimus et nomen et formam. 13 Sed illi debebant adorare

1 deputabitur M 4 et certa caelestia F adoriendi M 6 qua BLM de religione F *Wal.* 8 proxima E 9 in frustrandis D *edd.* 10 sq. onochoitis is erat PB onochoites is erat F onochoitissis erat LM onochottussis erat E onochoitisitis erat DG 12 debeant D debuerant F

randi aliquando etiam caelestia ad solis initium labra vibratis? vos certe estis, qui etiam in laterculum septem dierum solem recepistis, et ex diebus ipso priorem praelegistis, quo die lavacrum subtrahatis aut in vesperam differatis aut otium et prandium curetis. quod quidem facitis exorbitantes et ipsi a vestris ad alienas religiones. Judaei enim festi sabbata et cena pura et Judaici ritus lucernarum et ieiunia cum azymis et orationes litorales, quae utique aliena sunt a deis vestris. quare, ut ab excessu revertar, qui solem et diem eius nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem; non longe a Saturno et sabbatis vestris sumus.

1 Herod. 1, 131 inter antiquos Persarum deos et solem et lunam enumerat. Flav. Vopisc. Aurelian. 5, 5 data est ei praeterea, cum legatus ad Persas isset, patera, qualis solet imperatoribus dari a rege Persarum, in qua insculptus erat Sol.

3 Aug. de serm. dom. 2, 5 cum ad orationes stamus, ad orientem convertimus, unde caelum surgit. Paul. Nol. ep. 32, 13 prospectus vero basilicae non, ut usitatior mos est, orientem spectat. Constit. apost. 2, 57 *ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης, κατὰ ἀνατολὰς τετραμμένος*. Paganorum quoque templa orientem versus spectare solebant. F. J. Dölger, Sol salutis, Gebet und Gesang im christl. Altertum, 2. Aufl., Münster i. W. 1925.

5 Justin. apol. 1, 67, 7 *τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη.*

6 Romanos quoque Judaeorum sabbatum observasse elucet ex Ovid ars am. 1, 415; remed. 219; Horat. sat. 1, 9, 69 sqq.; Tib. 1, 3, 18; Juven. 14, 96.

8 sqq. ad nat. 1, 14 (84, 10 RW) nova iam de deo nostro fama suggessit nec adeo nuper quidam perditissimus in ista civitate, etiam suae religionis desertor, solo detrimento cutis Judaeus, utique magis post bestiarum morsus, ut ad quas se locando cotidie toto iam corpore decutitur et circumciditur, picturam in nos proposuit sub ista proscriptione: onocoetes. is erat auribus canteriorum et in toga, cum libro, altero pede ungulato.

10 In mentem tibi revoces crucifixi asinino capite illam imaginem, quae anno 1856 in Palatino colle in paedagogio inventa falso „Spottkrucifix" dici solet.

Vox *ὀνοκοίτης* ab *ὄνος* et *κοίτης* (lectus) derivanda significat „asini proles". Oehler et Reifferscheid ad nat. 1, 14 scribentes „onocoëtes" secundum Hesychium *κοιᾶται· ἱερᾶται· κοίης, ἱερεὺς Καβείρων* interpretantur „asinarius sacerdos".

11 sqq. ad nat. 1, 14 (84, 22 RW) neque enim interest qua forma, dum deformia simulacra curemus. sunt penes vos et canino capite et leonino et de bove et de ariete et hirco cornuti dii, caprigenae vel anguini et alites planta, fronte et tergo. quid itaque nostrum unicum denotatis? plures onocoetae penes vos deprehenduntur. Min. Fel. 28, 7 (cf. ad. c. 16, 5).

statim biforme numen, quia et canino et leonino capite commixtos et de capro et de ariete cornutos et a lumbis hircos et a cruribus serpentes et planta et tergo alites deos receperunt. 14 Haec ex abundanti, ne quid rumoris inrepercussum quasi de conscientia praeterissemus. Quae omnia conversi iam ad demonstrationem religionis nostrae repurgabimus.

XVII. Quod colimus, deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum corporum spirituum, verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit, de nihilo expressit in ornamentum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo *κόσμον* adcommodaverunt. 2 Invisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam repraesentetur; inaestimabilis, etsi humanis sensibus aestimetur; ideo verus et tantus. Ceterum quod videri communiter, quod conprehendi, quod aestimari potest, minus est et oculis quibus occupatur, et manibus quibus contaminatur, et sensibus quibus invenitur. 3 Quod vero inmensum est, soli sibi notum est. Hoc quod est, deum aestimari facit, dum aestimari non capit; ita eum vis magnitudinis et notum hominibus obicit et ignotum. Et haec est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt.

3 et a planta F et F vel V *cf. ad nat. 1, 14 (84, 25 RW)* 6 repurgabimus DG *Rhen. Gel.* repurgavimus PBM repugnavimus L repurgamus E 7 XVI de deo. Quod V colimus et nos deus D 13 adeo L *Gel. Pam.* tantus F tantus est V videri (*om.* M) communiter V videri F 16 hoc est quod F *Rau. Wal.* 17 deum FBDG *edd.* dominum PLM dum E 18 obiecit D *edd.*

1 sqq. Macrob. 1, 20, 13 simulacro signum tricipitis animantis adiungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis effigiem; dextra parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis, pars vero laeva cervicis rapacis lupi capite finitur, easque formas animalium draco conectit. Ovid. trist. 4, 7, 11 credam prius ora Medusae Gorgonis anguineis cincta fuisse comis, Esse canes utero sub virginis, esse Chimaeram, A truce quae flammis separet angue leam, Quadrupedesque hominis cum pectore pectora iunctos Tergeminumque virum tergeminumque canem Sphingaque et Harpyias serpentipedesque Gigantes Centimanumque Gyan semibovemque virum.

8 sq. cf. c. 21, 10. 11. 17; Jo. 1, 1; adv. Prax. 5. Min. Fel. 18, 7 qui universa quaecumque sunt verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. Justin. dial. c. Tryph. 61 *καὶ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις καὶ δόξα τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων.* Athenag. suppl. 16 *ὑφ᾽ οὗ γεγένηται τὸ πᾶν διὰ τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρατεῖται.*

10 adv. Hermog. 40 (170, 2 K) cum ornamenti nomine sit penes Graecos mundus. adv. Marc. 1, 13 (307, 1 K) ut ergo aliquid et de isto huius mundi indigno loquar, cui et apud Graecos ornamenti et cultus, non sordium nomen est.

11 sqq. Min. Fel. 18, 8 hic non videri potest, visu clarior est; nec conprehendi potest, tactu purior est; nec aestimari, sensibus maior est, infinitus immensus et soli sibi tantus, quantus est, notus. nobis vero ad intellectum pectus angustum est et ideo sic eum digne aestimamus, dum inaestimabilem dicimus. Cypr. quod idola d. n. s. 9. Theophil. ad Autol. 1, 3 *τὸ μὲν εἶδος τοῦ θεοῦ ἄρρητον καὶ ἀνέκφραστόν ἐστιν, μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁραθῆναι.* Lact. epit. 53, 2 oculis et mente inconprehensibilis.

16 Commodian. carm. apol. 102 quod dei maiestas, quid sit, sibi conscia sola est.

18 sq. Cypr. quod id. d. n. s. 9 (27, 4 H) at quae est haec summa delicti, nolle agnoscere, quem ignorare non possis.

4 Vultis ex operibus ipsius tot ac talibus, quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur, vultis ex animae ipsius testimonio conprobemus? 5 Quae licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis evigorata, licet falsis deis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, et sanitatem suam patitur, 'deum' nominat hoc solo quasi proprio nomine. 'Deus verus' et 'Deus magnus' et 'deus bonus' et 'quod deus dederit' omnium vox est. 6 Iudicem quoque contestatur illum: 'Deus videt' et 'deo commendo' et 'deus mihi reddet'. O testimonium animae naturaliter christianae! Denique pronuntians haec non ad Capitolium sed ad caelum respicit. Novit enim sedem dei vivi; ab illo et inde descendit.

1 ipsis D istius ELM 3 testimonium M comprobemus *om.* F 4 circumsepta E 6 et *om.* F 7 dominum LM quasi proprio nomine *scripsi*; *cf. praef. 16* nomine quia proprio F quia proprie (*om.* nomine) V *post* nomine *interpunxi* 8 deus verus et *scripsi; cf. praef. 16* dei veri F verus hic unus V deus magnus et deus bonus *scripsi* et *om.* F deus bonus et magnus V 9 iudex DG

1 adv. Marc. 4, 25 (504, 12 K) ex ipsis operibus tot ac tantis intellegibilem deum.
2 ad Scap. 2 (I 540 Oehl.) nos unum deum colimus, quem omnes naturaliter nostis, ad cuius fulgura et tonitrua contremiscitis, ad cuius beneficia gaudetis.
3 adv. Marc. 1, 10 (303, 13 K) animae enim a primordio conscientia dei dos est. de test. an. 2 (136, 30 K) at idem alibi animam divinam et a deo conlatam confitentes cadunt in testimonium ipsius animae retorquendum adversus opinionem superiorem. si enim anima aut divina aut a deo data est, sine dubio datorem suum novit. et si novit, utique et timet, et tantum postremo adauctorem. an. 41 (368, 30 RW) sic et divinitas animae in praesagia erumpit ex bono priore et conscientia dei in testimonium prodit „deus bonus" et „deus videt" et „deo commendo".
5 cf. Apul. de Plat. 1, 13 cetera enim membra ancillari et subservire capiti.
7 patitur: experitur, nanciscitur, afficitur.
7 sqq. adv. Marc. 1, 10 (303, 9 K) seorsum tamen illum quasi proprio nomine „deum" perhibent et „deum deorum" et „si deus dederit" et „quod deo placet" et „deo commendo". test. an. 2 (136, 3 RW) non placemus deum praedicantes hoc nomine unico unicum . . . domi ac foris audimus ita pronuntiare" quod deus dederit" et „si deus voluerit" . . . „deus bonus, deus benefacit" tua vox est. Min. Fel. 18, 10 nec nomen deo quaeras: deus nomen est. illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est; deo, qui solus est, dei vocabulum totum est (Cypr. quod id. d. n. s. 9 p. 26, 15 sqq.) . . . 11 audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam „deum" dicunt et „deus magnus est" et „deus verus est" et „si deus dederit". Cypr. quod idola d. n. s. 9 (26, 18 H) nam et vulgus in multis deum naturaliter confitetur, cum mens et anima sui auctoris et principis admonetur. dici frequenter audimus „o deus" et „deus videt" et „deo commendo" et „deus mihi reddet" et „quod deus vult" et „si deus dederit". Lact. div. inst. 1, 6, 5 deo igitur nomen non est, quia solus est, nec opus est proprio vocabulo, nisi cum discrimen exigit multitudo, ut unam quamque personam sua nota et appellatione designes. deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est deus.

XVIII. Sed quo plenius et inpressius tam ipsum quam dispositiones eius et voluntates adiremus, adiecit instrumentum litteraturae, si qui velit de deo inquirere et inquisito invenire et invento credere et credito deservire. 2 Viros enim iustitiae innocentia dignos deum nosse et ostendere a primordio in saeculum emisit spiritu divino inundatos, quo praedicarent deum unicum esse, qui universa condiderit, qui hominem de humo struxerit — hic enim est verus Prometheus, qui saeculum certis temporum dispositionibus et exitibus ordinavit —, 3 exinde quae signa maiestatis suae iudicantis ediderit per imbres, per ignes, quas demerendo sibi disciplinas determinaverit, quae ignoratis et desertis et observatis his praemia destinarit, ut qui prodacto aevo isto iudicaturus sit suos cultores in vitae aeternae retributionem, profanos in ignem aeque perpetem et iugem, suscitatis omnibus ab initio defunctis et reformatis et recensis ad utriusque meriti dispunctionem. 4 Haec et nos risimus aliquando. De vestris sumus. Fiunt, non nascuntur christiani.

5 Quos diximus praedicatores, prophetae de officio praefandi vocantur. Voces eorum itemque virtutes, quas ad fidem divinitatis ede-

1 quod LM 2 adoremus L adiret E instrumentum adiecit *D edd.* si qui PBGF *Pam. Herald. Rig.* si quis E si quid D *Rhen. Gel.* sed quid (quidquid L) LM 3 inquisitum E *Gel. Pam.* 4 et viros *Rhen.* 5 mundatos D *Rhen.* mandatos L 7 instruxerit G *Rhen. Herald.* 9 iudicantis *om.* F iudicandis E ediderit iudicando ediderit F iudicando ediderit *Wal.* 11 desertis *Rhen. Oehl.* deseritis FV et F sed PDM observatis F observantibus V ut] et D *Rhen.* prodacto *Herald.* producto V peracto F 12 restitutionem F 13 et iugem *om.* D *Rhen.* 14 recensis F recensetis PGM recensitis *rell.* 15 fuimus D *edd.* 17 XVII de prophetis. Quos V prophetandi DGL 18 finem M

2 instrumentum litterae: libros veteris testamenti; cf. 47, 9 instrumentum vetus.

4 sqq. Justin. apol. 1, 31, 1 *ἄνθρωποι οὖν τινες ἐν Ἰουδαίοις γεγένηνται θεοῦ προφῆται, δι᾽ ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα πρὶν ἢ γενέσθαι.* Theophil. ad Autol. 2, 9 *οἱ δὲ τοῦ θεοῦ ἄνθρωποι, πνευματοφόροι πνεύματος ἁγίου καὶ προφῆται γενόμενοι, ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἐμπνευσθέντες καὶ σοφισθέντες, ἐγένοντο θεοδίδακτοι καὶ ὅσιοι καὶ δίκαιοι. Διὸ καὶ κατηξιώθησαν τὴν ἀντιμισθίαν ταύτην λαβεῖν, ὄργανα θεοῦ γενόμενοι καὶ χωρήσαντες σοφίαν τὴν παρ᾽ αὐτοῦ, δι᾽ ἧς σοφίας εἶπον καὶ τὰ περὶ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. Καὶ γὰρ περὶ λοιμῶν καὶ λιμῶν καὶ πολέμων προεῖπον.*

7 de Prometheo cf. Ovid. met. 1, 82 Quam (tellurem) satus Iapeto mixtam fluvialibus undis Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

11 prodacto: ad finem producto vel consummato; cf. an. 48 (379, 2 RW) prodacto sopore; paenit. 10 (I 661 Oehl.) saluti prodactae.

15 test. an. 1 (135, 29 RW) fieri enim, non nasci solet christiana (anima); Hieron. ep. 107, 1 fiunt, non nascuntur christiani; Senec. de ira 2, 10, 6 quia scit (sapiens) neminem nasci sapientem, sed fieri.

18 sqq. Justin. apol. 1, 31, 1 sqq. *καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς τὰς προφητείας, ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι περιεῖπον. Ὅτε δὲ Πτολεμαῖος, ὁ Αἰγυπτίων βασιλεύς* (285—247), *βιβλιοθήκην κατεσκεύαζε καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφη-*

bant, in thesauris litterarum manent, nec istae latent. Ptolemaeus rex eruditissimus, quem Philadelphum supernominant, et omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum, opinor, aemularetur, inter cetera memoriarum, quibus aut vetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetrii Phalerei, grammaticorum tunc probatissimi, cui praefecturam mandaverat, libros a Iudaeis quoque postulavit, proprias atque vernaculas litteras, quas soli habebant. 6 Ex ipsis enim et ad ipsos semper prophetae peroraverant, scilicet ad domesticam dei gentem ex patrum gratia. Hebraei retro, qui nunc Iudaei; igitur et litterae hebraeae et eloquium. 7 Sed ne notitia vacaret, hoc quoque a Iudaeis Ptolemaeo subscriptum est, septuaginta et duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoque philosophus, providentiae vindex, de sententiae

1 Ptolemaeus rex *scripsi* Ptolemaeus F Ptolemaeorum V Ptolemaeum E *post* Ptolemaeus *pos.* quem Philadelphum supernominant F 2 eruditissimus rexit omni *(sic)* F *cf. Isid. etym. 6, 3, 5* maxime Ptolemaeus, cognomento Philadelphus, omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur *etc.* Ptolemaeus, quem — supernominant, eruditissimus rex et omnis *Rau. Wal.* 3 pisistratum DEM pisistratarum PBGL ut opinor D *edd.* 4 aemulatur LM 5 protrocinabatur P demetrii EGL demetri PBM 6 phalerii P tunc *om.* F 7 librorum *Wendland, ep. Arist. p. 126* proprias scilicet atque *edd.* 10 XVIII de scripturis dominicis. Igitur V 11 Ptolemaeo a Judaeis D *edd.* ptholomeo P 12 rescriptum F

τειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι. Καὶ τούτου γενομένου ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο καὶ πανταχοῦ παρὰ πᾶσίν εἰσίν Ἰουδαίοις, οἳ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνιᾶσι τὰ εἰρημένα. Eandem rem tradunt Philo vita Moys. 2, 5, Josephus ant. 12, 12 sqq., Clem. Alex. strom. 1, 22 secuti epistulam Aristeae (ed. Wendland, Leipzig 1900), et Euseb. praepar. ev. 12, 12, 1 verbis Aristobuli philosophi hebraei, qui scripsit saeculo altero a. Chr. n.

3 Gell. 6 (7) 12, 1 libros Athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum praebendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus (560—527).

4 memoriarum: cf. c. 19, 2; ad nat. 2, 12 (119, 2 RW) Saturnus in terris humanae qualitatis apud veteres memorias recensetur; Min. Fel. 31, 3 memoriae et tragoediae vestrae.

5 Demetrius Phalereus ab anno 317 rem publicam Atheniensium administrans anno 307 Athenis expulsus in Aegyptum fugit. Ibi rex Ptolemaeus Soter eum recepit et bibliothecae eo suasore institutae praefecit.

ep. Arist. p. 14 *καταταχθεὶς ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης Δημήτριος ὁ Φαληρεύς.* Joseph. ant. 12, 12 *Δημήτριος ὁ Φαληρεύς ὃς ἦν ἐπὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως.*

12 subscriptum est: concessum est.

13 La. Diog. 2, 17, 125 *Μενέδημος οὗτος τῶν ἀπὸ Φαίδωνος . . . πεμφθεὶς δὲ φρουρὸς ὁ Μενέδημος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων εἰς Μέγαρα ἀνῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα καὶ θηραθεὶς κατέλιπε τὴν στρατείαν* . . . 140 *ἐπρέσβευσε δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον.* Joseph. antiq. 12, 101 *θαυμάζοντος δ᾽ αὐτοὺς οὐ μόνον τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ Μενεδήμου τοῦ φιλοσόφου προνοίᾳ διοικεῖσθαι πάντα φήσαντος, καὶ διὰ τοῦτ᾽ εἰκὸς καὶ τοῦ λόγου δύναμιν καὶ κάλλος ηὑρῆσθαι.*

communione suspexit. Adfirmavit haec vobis etiam Aristaeus. 8 Ita in graecum stilum exaperta monumenta hodie apud Serapeum Ptolemaei bibliothecae cum ipsis hebraicis exhibentur. 9 Sed et Iudaei palam lectitant. Vectigalis libertas; vulgo aditur sabbatis omnibus. Qui audierit, inveniet deum; qui etiam studuerit intellegere, cogetur et credere.

XIX. Primam igitur instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas vindicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem de tempore adserere.

1* Auctoritatem litteris praestat antiquitas summa. Primus enim prophetes, Moyses, qui mundi conditionem et generis humani pullula-

1 communione *om.* M Aristheus BELM Aristaeas DG *edd.* 2 exaperta F ex aperto V monimenta FE monumento D *Rhen.* hodie F *Rau. Wal.* reliquit hodie V 3 cum ipsis *om.* EL hebraicis litteris P²DE litteris *om.* FV 4 additur ELM 6 igitur F *om.* V 7 tempore F temporibus V *cf. Lagarde, Abhdlg. d. Ges. d. Wiss. zu Gött. 1891, 77 sqq.* 10 pullulationem *Junius* pullatione F

1 suspexit: admiratus est.

Joseph. ant. 12, 17 (ep. Arist. p. 15) *Ἀριστταῖος δέ τις, φίλος ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῷ βασιλεῖ καὶ σπουδαζόμενος ὑπ' αὐτοῦ διὰ μετριότητα.* Idem in epistula apocrypha de origine interpretationis LXX interpretum tradidit multa fabulosa. Hieron. apol. adv. libros Ruf. 2, 25 et nescio, quis primus auctor LXX cellulas Alexandriae mendacio suo exstruxerit, quibus divisi eadem scriptitarint, cum Aristeas, eiusdem Ptolemaei *ὑπερασπιστής*, et multo post tempore Josephus nihil tale rettulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse.

3 bibliotheca minor et posterior Alexandrina erat in Serapio, maior in Bruchio; Hieron. chron. ad a. 283 Ptolemaeus Philadelphus Judaeos, qui in Aegyto erant, liberos esse permisit et vasa Eleazaro pontifici Hierosolymorum votiva transmittens divinas scripturas in Graecam vocem ex Hebraea lingua per LXX interpretes transferre curavit. quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere litterarum comparaverat.

4 Joseph. bell. Jud. 7, 218 *φόρον δὲ τοῖς ὁπουδήποτ' οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν.* Quo vectigale a Vespasiano imposito Judaei redemerunt licentiam in synagogas conveniendi cultumque suum divinum continuandi.

Acta apost. 13, 15 voces prophetarum, quae per omne sabbatum leguntur.

7 Tac. dialog. de or. 15, 1 non desinis, Messala, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia inridere atque contemnere. Cic. leg. 2, 27 antiquitas proxime accedit ad deos. Min. Fel. 6, 1 quanto venerabilius ac melius antistites veritatis maiorum excipere disciplinam. 6, 3 hinc perpetuus venerationis tenor mansit, qui longa aetate non infringitur, sed augetur; quippe antiquitas caerimoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis.

9 incipit fragmentum quod dicitur Fuldense, de quo cf. praef. 11 sq. Id esse partem apologiae ab Apollonio martyre aut a Victore I episcopo Romano scriptae, ex qua et Tertullianus et Minucius Felix hauserint, censuit P. de Lagarde (Abhandl. d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 1891, 85), apologiae Tertullianeae genuinam partem eam putavit A. v. Harnack (Chronologie II 266, 1), quibus oblocuti sunt R. Heinze (Ber. über d. Verhandl. d. K. sächs. Ges. d. Wiss. zu Leipzig, philol. hist. Kl. 62. Bd., 1910, 385—387) et L. Wohleb (Berl. philol. Wochenschr. 36, 1916, 1635 sqq.).

10 Justin. apol. 1, 32, 1 *Μωϋσῆς μὲν οὖν, πρῶτος τῶν προφητῶν γενόμενος.* Theophil. ad Autol. 3, 23 *ἵνα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καιρῶν κα*

tionem et mox ultricem iniquitatis illius aevi vim cataclysmi de praeterito exorsus est per vaticinationem usque ad suam aetatem et deinceps per res suas futurorum imagines edidit, penes quem et temporum ordo, digestus ab initio supputationem saeculi praestitit, superior invenitur annis circiter quadringentis, quam ille antiquissimus penes vos Danaus in Argos transvenisset. 2* Troiano denique proelio ad mille annos ante est; unde et ipso Saturno. Secundum enim historiam Thalli, qua relatum est Belum Assyriorum et Saturnum Titanorum reges cum Jove dimicasse, ostenditur Belum CCCXX et duobus annis Iliacum exitum antecessisse. Per hunc Moysen etiam illa lex propria Judaeis a deo missa est. 3* Deinceps multa et alii prophetae, vetustiores libris vestris; nam et qui ultimo cecinit, aut aliquantulo praecu-

5 quadringentis *Heinze, Ber. über d. Verhdlg. d. K. sächs. Ges. d. Wiss. 62 (1910) 386* trecentis F 6 vos *Oehl.* nos F Argos *Oehl.* Argo F 8 Belum *Lagarde* bellum F 9 regem *Oehl.* 11 multi *Haverc.*

χρόνων, θεοῦ ἡμῖν παρέχοντος οὐ μόνον τὰ μετὰ κατακλυσμὸν ἱστοροῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ, εἰς τὸ καὶ τῶν ἁπάντων κατὰ τὸ δυνατὸν εἰπεῖν ἡμῖν τὸν ἀριθμόν, νυνὶ ποιησόμεθα, ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν ἀνέκαθεν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, ἣν ἀνέγραψεν Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου. Εἰπὼν γὰρ τὰ περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως κόσμου, τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου, καὶ τὰ τῶν ἑξῆς γεγενημένων, ἐσήμανεν καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ ἔτη γενόμενα.

an. 28 (347, 2 RW) (Moyses) decursus generis humani ab exordio mundi per singulas nativitates nominatim temporatimque digessit, satis probans divinitatem operis ex divinatione vocis.

5 sqq. cf. c. 19, 3; Theophil. ad Autol. 3, 21 *πρὸ ἐτῶν γὰρ τριακοσίων δεκατριῶν ἐξῆλθον ἐκ τῆς Αἰγύπτου καὶ ᾤκησαν ἔκτοτε τὴν χώραν, τὴν ἔτι καὶ νῦν καλουμένην Ἰουδαίαν, πρὸ τοῦ καὶ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι . . . προγενέστερον εἶναι τὸν Μωσῆν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐνακοσίους ἢ καὶ χιλίους πρὸ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου.* Joseph. c. Apion. 1, 103 sq.; Euseb. praep. ev. 10, 11, 13. Tatian. or. ad Graec. 31. 38; Tert. an. 28 (346, 29 RW) multo antiquior Moyses etiam Saturno nongentis circiter annis.

6 sqq. Theophil. ad Autol. 3, 29 *καὶ γὰρ Βήλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλεύσαντος καὶ Κρόνου τοῦ Τιτᾶνος Θάλλος μέμνηται, φάσκων τὸν Βῆλον πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θεοὺς λεγομένους . . . κατὰ γὰρ τὴν Θάλλου ἱστορίαν ὁ Βῆλος προγενέστερος εὑρίσκεται τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου ἔτεσι τκβ'* (322). *ὅτι δὲ πρός που ἔτεσι ἐνακοσίοις ἢ καὶ χιλίοις προάγει ὁ Μωσῆς τῆς τοῦ Ἰλίου ἁλώσεως, ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν.* Lact. div. inst. 1, 23, 2 Theophilus in libro de temporibus ad Autolycum scripto ait in historia sua Thallum dicere quod Belus, quem Babylonii et Assyrii colunt, antiquior Troiano bello fuisse inveniatur annis trecentis viginti duobus, Belum autem Saturni aequalem fuisse et utrumque uno tempore adolevisse.

10 Theophil. ad Autol. 3, 23 *ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου δείκνυται προάγοντα τὰ γράμματα τοῦ θείου νόμου τοῦ διὰ Μωσέως ἡμῖν δεδομένου.*

11 Theophil. ad Autol. 3, 23 *ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἀρχαίων δείκνυται καὶ τὰ τῶν λοιπῶν συγγράμματα ἔσχατα εἶναι τῶν διὰ Μωσέως ἡμῖν δεδομένων γραμμάτων, ἔτι μὴν καὶ τῶν μεταξὺ προφητῶν.* 29 *ὅτι μὲν οὖν ἀρχαιότερος ὁ Μωσῆς δείκνυται ἁπάντων συγγραφέων (οὐκ αὐτὸς δὲ μόνος ἀλλὰ καὶ οἱ πλείους μετ' αὐτὸν προφῆται γενόμενοι) καὶ Κρόνου καὶ Βήλου καὶ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου, δῆλόν ἐστιν.*

12 sqq. Theophil. ad Autol. 3, 23 *ὁ γὰρ ὕστερος τῶν προφητῶν γενόμενος Ζαχαρίας ὀνόματι ἤκμασεν κατὰ τὴν Δαρείου βασιλείαν. ἀλλὰ καὶ οἱ νομοθέται πάντες μεταξὺ εὑρίσκονται νομοθετοῦντες. εἰ γάρ τις εἴποι Σόλωνα τὸν Ἀθηναῖον, οὗτος γέγονεν κατὰ τοὺς χρόνους Κύρου καὶ Δαρείου τῶν βασιλέων, κατὰ τὸν χρόνον Ζαχαρίου τοῦ προειρημένου προφήτου μεταξὺ γεγενημένου πάνυ πολλοῖς ἔτεσιν.*

currit aut certe concurrit aetate sapientiae auctoribus, etiam latoribus legis. 4* Cyri enim et Darii regno fuit Zacharias, quo in tempore Thales, physicorum princeps, sciscitanti Croeso nihil certum de divinitate respondit, turbatus scilicet vocibus prophetarum. Solon eidem regi finem longae vitae intuendum praedicavit, non aliter quam prophetae. 5* Adeo respici potest tam iura vestra quam studia de lege deque divina doctrina concepisse. Quod prius est, hoc sit semen necesse est. Inde quaedam nobiscum vel prope nos habetis. 6* De sophia amor eius philosophia vocitatus est; de prophetia affectatio eius poeticam vaticinationem deputavit. Gloriae homines si quid invenerant, ut proprium facerent, adulteraverunt. Etiam fructibus a semine degenerare contigit. 7* Multis adhuc de vetustate modis consisterem divinarum litterarum, si non maior auctoritas illis ad fidem de veritatis suae viribus quam de aetatis annalibus suppetisset. Quid enim potentius patrocinabitur testimonio earum, nisi dispunctio cotidiana

3 Croeso *Junius* Cyro F

3 cf. c. 46, 8; ad nat. 2, 2 (96, 15 RW) Thales Milesius Croeso sciscitanti, quid de deis arbitraretur, post aliquot deliberandi commeatus, nihil renuntiavit. Cic. de nat. deor. 1, 22, 60 de quo (Simonide) cum quaesivisset hoc idem (quid aut quale sit deus) tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit; cum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit; cum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret cur ita faceret, „quia quanto diutius considero“ inquit „tanto mihi spes videtur obscurior“. Min. Fel. 13, 4.

4 sq. cf. Herod. 1, 32; Plut. Solon 27.

6 sqq. an. 2 (300, 20 RW) plane non negabimus aliquando philosophos iuxta nostra sensisse. Justin. apol. 1, 44, 8 *Πλάτων . . . παρὰ Μωϋσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε· πρεσβύτερος γὰρ Μωϋσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. καὶ πάντα, ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς . . . ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται καὶ ἐξηγήσαντο.* Tatian. or. ad Graec. 40 *καὶ χρὴ τῷ πρεσβεύοντι (Μωσῇ) κατὰ τὴν ἡλικίαν πιστεύειν ἤπερ τοῖς ἀπὸ πηγῆς ἀρυσαμένοις Ἕλλησιν οὐ κατ' ἐπίγνωσιν τὰ ἐκείνου δόγματα. πολλῇ γὰρ οἱ κατ' αὐτοὺς σοφισταὶ κεχρημένοι περιεργίᾳ τὰ ὅσα παρὰ τῶν κατὰ Μωσέα καὶ τῶν ὁμοίως αὐτῷ φιλοσοφούντων ἔγνωσαν, παραχαράττειν ἐπειράθησαν.* Theophil. ad Autol. 2, 8 *πλὴν ἐνίοτέ τινες τῇ ψυχῇ ἐκνήψαντες ἐξ αὐτῶν εἶπον ἀκόλουθα τοῖς προφήταις.* 37 *ἤτοι οὖν περὶ ἀδίκου ὅρκου καὶ περὶ ἄλλου τινὸς πταίσματος ὅτι μέλλει ὁ θεὸς ἐξετάζειν, καὶ αὐτοὶ σχεδὸν προειρήκασιν, ἢ καὶ περὶ ἐκπυρώσεως κόσμου θέλοντες καὶ μὴ θέλοντες ἀκόλουθα ἐξεῖπαν τοῖς προφήταις, καίπερ πολὺ μεταγενέστεροι γενόμενοι καὶ κλέψαντες ταῦτα ἐκ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.* Min. Fel. 34, 5. Joseph. c. Apion. 2, 168. 257.

8 Theophil. ad Autol. 2, 9 *χωρήσαντες σοφίαν τὴν παρ' αὐτοῦ (θεοῦ), δι' ἧς σοφίας εἶπον καὶ τὰ περὶ κτίσεως τοῦ κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων.*

9 sq. Theophil. ad Autol. 3, 17 *οὐχὶ καὶ οἱ ποιηταὶ . . . ἔφασαν ἑαυτοὺς ἀπὸ θείας προνοίας μεμαθηκέναι;*

10 sq. cf. c. 47, 3. ad nat. 2, 2 (95, 20 RW) licet enim per curiositatem omnimodae litteraturae inspiciendae divinis quoque scripturis, ut antiquioribus, possint videri incursasse et inde nonnulla dempsisse, cum tamen interpolarunt, probant sese aut omnia despexisse aut non omnibus credidisse . . . et ita accedente libidine gloriae ad proprii ingenii opera mutasse, per quod in incertum abiit etiam quod invenerant et facta est argumentationum inundatio de stillicidio uno atque alio veritatis.

11 cf. c. 47, 3 sq.

12 sq. cf. c. 47, 1.

saeculi totius, cum dispositiones regnorum, cum casus urbium, cum exitus gentium, cum status temporum ita omnibus respondent, quemadmodum ante milia annorum praenuntiabantur? 8* Unde et spes nostra, quam ridetis, animatur et fiducia, quam praesumptionem vocatis, corroboratur. Idonea est enim recognitio praeteritorum ad disponendam fiduciam futurorum: eadem voces praedicaverunt utramque partem, eadem litterae notaverunt. 9* Unum est tempus apud illas, quod apud nos separari videtur. Ita omnia, quae supersunt, iam probata sunt nobis, quia cum illis, quae probata sunt, tunc futuris, praedicabantur. 10* Habetis, quod sciam, et vos Sibyllam, quatinus appellatio ista verae vatis dei veri passim super ceteros, qui vaticinari videbantur, usurpata est; sic vestrae Sibyllae nomen de veritate mentitae, quemadmodum et dei vestri.

2 Omnes itaque substantias omnesque materias origines ordines, venas veterani cuiusque stili vestri, gentes etiam plerasque et urbes insignes historiarum et canas memoriarum, ipsas denique effigies litterarum, indices custodesque rerum et — puto adhuc minus dicimus — ipsos inquam deos vestros, ipsa templa et oracula et sacra unius interim prophetae scrinium saeculis vincit, in quo videtur thesaurus

1 dispositiones *Haverc.* dispositione F 6 eaedem *Lagarde Wal.* 7 eaedem *Lagarde Wal.* 9 iam probata *Junius* improbata F 10 vos *Oehl.* nos F 11 verae vatis *Haverc. Wal.* vera vates F 12 sic *scripsi* sicut F sunt *Oehl. Wal.* 13 vestri *Oehl.* nostri F 14 substantiae F substantiis M materiae F 15 veterrimi *Lagarde* nostri F 16 et canas V et causas D causas et *edd.* et arcana F arcana et *Lagarde*

---

1 cf. c. 20, 1 sq.

4 sqq. cf. c. 39, 3; 41, 5; 30, 3 sq. Theophil. ad Autol. 2, 9 *εἶπον καὶ τὰ περὶ τῆς κτίσεως κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. καὶ γὰρ περὶ λοιμῶν καὶ λιμῶν καὶ πολέμων προεῖπον. καὶ οὐχ εἷς ἢ δύο, ἀλλὰ πλείονες κατὰ χρόνους καὶ καιροὺς ἐγενήθησαν παρὰ Ἑβραίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἕλλησιν Σίβυλλα. καὶ πάντες φίλα ἀλλήλοις καὶ σύμφωνα εἰρήκασιν, τά τε πρὸ αὐτῶν γεγενημένα καὶ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς γεγονότα καὶ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς νυνὶ τελειούμενα· διὸ καὶ πεπείσμεθα καὶ περὶ τῶν μελλόντων οὕτως ἔσεσθαι, καθὼς καὶ τὰ πρῶτα ἀπήρτισται.* Athenag. suppl. 2, 9.

4 cf. c. 49, 1; 50, 10.

5 cf. c. 20, 3; Justin. apol. 1, 52, 1 *ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀπεδείκνυμεν πρὶν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γενέσθαι, πίστιν ἔχειν ὡς πάντως γενησομένων. ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἤδη γενόμενα προκεκηρυγμένα καὶ ἀγνοούμενα ἀπέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ λείποντα, κἂν ἀγνοῆται καὶ ἀπιστῆται, ἀποβήσονται.*

7 sq. cf. c. 20, 4.

9 Scorp. 11 (172, 3 RW) ita haeretici quae praedicantur non ut probata sunt credendo ea quae nec praedicata sunt credunt.

10 sq. ad nat. 2, 12 (120, 10 RW) ante enim Sibylla quam omnis litteratura extitit, illa scilicet Sibylla veri vera vates de cuius vocabulo daemoniorum vatibus induistis. Theophil. ad Autol. 2, 9 (cf. ad § 8*).

11 cf. c. 24, 2 veram religionem veri dei.

16 cf. c. 39, 14 sceleris infames; de pallio 4 (I 938 Oehl.) insignes libidinum. ad nat. 2, 12 (119, 9 RW) legimus apud . . . Diodorum, quive alii antiquitatum canas collegerunt.

19 scrinium: libri; cf. Hor. serm. 1, 1, 120 Crispini scrinia; Persius 1, 106.

conlocatus totius Iudaici sacramenti et inde iam et nostri. 3 Si quem audistis interim Moysen, Argivo Inacho pariter aetate est; quadringentis paene annis — nam septem minus — Danaum et ipsum apud vos vetustissimum praevenit, mille circiter cladem Priami antecedit; possem etiam dicere quingentis amplius et Homerum, habens quos sequar. 4 Ceteri quoque prophetae etsi Moysi postumant, extremissimi tamen eorum non retrosiores reprehenduntur primoribus vestris sapientibus et legiferis et historicis?

5 Haec quibus ordinibus probari possint, non tam difficile est nobis exponere, quam enorme, nec arduum, sed interim longum. Multis instrumentis cum digitorum subputatoriis gesticulis adsidendum est, reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva, Aegyptiorum Chaldaeorum Phoenicum; 6 advocandi municipes eorum, per quos notitia subministrata est, aliqui Manethon Aegyptius et Berosus Chaldaeus

1 quem] quidem DLM 2 Moysen XVIIII de Moyse propheta. Interim V 3 nam F nam et V 5 possum F dicere etiam F 7 retrossiores F deprenduntur E deprehenduntur *edd.* 8 et elegiferis G 9 XX de statu temporum. Haec V 10 nec] et *Rhen.* longum dinumerare F mulctis F 11 supputatoriis F supputariis V asserendum F 12 reseranda D *edd.* reservanda V 13 municipes eorum *om.* F 14 aliqui F *edd.* alioquin V Manethos F Berosus V Hebraeus F

2 sqq. cf. § 1*. 2* Euseb. praep. ev. 10, 10, 16 *Ἀπίων δὲ ὁ Ποσειδωνίου, περιεργότατος γραμματικῶν, ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίων βίβλῳ καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν φησι κατὰ Ἴναχον Ἄργους βασιλέα, Ἀμώσιος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωσέα.* (Apionem autem hanc suam sententiam ex libris Aegyptii Ptolemaei sacerdotis Mendesii sumpsisse testatur Tatianus or. ad Graec. 38; Eusebius quoque Ptolemaeum affert 10, 11, 13 sqq., ex cuius verbis concludit Mosen CCCC annis ante bellum Troianum fuisse, 10, 9, 17 sqq. autem profert sententiam Porphyrii philosophi censentis Inachum iuniorem fuisse Mose). Joseph. c. Apion. 1, 103 *ταῦτα μὲν ὁ Μανεθών, δῆλον δ᾽ ἐστὶν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος ὅτι οἱ καλούμενοι ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίοις πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἐπῴκησαν ἢ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι . . . δύο τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν . . ., ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν οὕτως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις ὡς ἐγγύς που προτερεῖν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις.*

5 Tatian or. ad Graec. 31 *ἕτεροι δὲ* (Tertull.: habens quo sequar) *κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν, ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις.*

6 sqq. cf. § 3*; extremissimi: de cultu fem. 2, 1 (I 714 Oehl.) postremissimus; Arnob. 5, 7 (180, 12 R). 14 (187, 12) minissimus; Gell. 15, 12, 3 postremissimum. Min. Fel. 19, 2 proximius.

7 retrossiores: comparat. vocis retrorsus.

12 Tatian or. ad Graec. 36 *ἀποδείξεως δὲ ἕνεκεν μάρτυσι χρήσομαι Χαλδαίοις Φοίνιξιν Αἰγυπτίοις.*

14 Manethon sacerdos Aegyptius *γένει Σεβεννύτης ὑπάρχων Ἡλιουπολίτης* (Syncell. p. 73, 5 sqq.) tres libros *Αἰγυπτιακά* ad Ptolemaeum Philadelphum (309—247) misit; secutus autem est Berosum Babylonium sacerdotem Beli qui ipse Antiocho I tres libros dedicaverat *Βαβυλωνιακά* (Athenaeus 14 p. 639 C) vel *Χαλδαικά* (Joseph. ant. 10, 219; c. Apion 1, 142; 10, 20) inscriptos.

et Hieromus Phoenix, Tyri rex; sectatores quoque ipsorum Mendesius Ptolemaeus et Menander Ephesius et Demetrius Phalereus et rex Iuba et Apion et Thallus et si quis istos aut probat aut revincit, Iudaeus Iosepus, antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex; 7 Graecorum etiam censuales conferendi et quae quando sint gesta aut concatenationes temporum aperiantur, per quae luceant annalium numeri; peregrinandum est in historias et litteras orbis. Et tamen quasi partem iam probationis intulimus, cum per quae probari possint, adsper-

1 et F sed et V Hieromus *Oehl.* Hieronymus V Proemis F Tyrii V Tyriorum F Tyrum E quoque ipsum eorum DG *edd.* Medesius PBGM 2 Menandar P Phalerius V Valerius E 3 si quis V qui *edd. Rau. Wal.* 4 Josippus F Josephus V *cf. Norden, N. Jbb. f. kl. Philol. 31 (1913) 664 sq. Min. Fel. 33, 4.* 5 ut quae *Oehl.* aut V ut *edd. Rau. Wal.* contenationes LM 8 partem DEG *edd.* patrem PBLM

1 Hiram (*Εἴραμος* Clem. Alex. strom. 1, 21; *Χείραμος* Tatian. or. ad Graec. 37; *Ἱέρωμος* Theoph. ad Autol. 3, 22) Tyriorum rex, amicus Salomonis, cui filiam in matrimonium dedit, quae scripserit, non traditum est; Josephus c. Apion. 1, 107 sqq. haec tantum dicit: *ἔστι τοίνυν παρὰ Τυρίοις ἀπὸ παμπόλλων ἐτῶν γράμματα, δημοσίᾳ γεγραμμένα καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους παραχθέντων μνήμης ἀξίων. ἐν τούτοις γέγραπται ὅτι ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μησὶν ὀκτὼ τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα . . . ἀνεγράφη δὲ παρ᾽ ἐκείνοις οὐκ ἀλόγως ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ᾽ ἡμῖν· Εἴρωμος γὰρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν Σολομῶνος . . . σώζονται δὲ μεχρὶ νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν.*

2 Tatian. or. ad Graec. 38 *Αἰγυπτίων δέ εἰσιν ἀκριβεῖς χρόνων ἀναγραφαί, καὶ τῶν κατ᾽ αὐτοὺς γραμμάτων ἑρμηνεύς ἐστι Πτολεμαῖος, οὐχ ὁ βασιλεύς, ἱερεὺς δὲ Μένδητος. οὗτος τὰς τῶν βασιλέων πράξεις ἐκτιθέμενος . . . ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος.*

Joseph. c. Apion. 1, 116. *παραθήσομαι καὶ Μένανδρον τὸν Ἐφέσιον. γέγραφε δ᾽ οὗτος τὰς ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις τὰς παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις γεγενημένας.* fortasse idem, quem Suidas (s. v. *Ἐρατοσθένης*) Eratosthenis discipulum fuisse dicit. Demetrius: cf. c. 18, 5.

3 Juba II rex Mauretaniae, quem adhuc puerum a. 46 Caesar triumpho duxerat, postea in regnum restitutus plurimos libros de rebus diversis composuit, in quibus duo libros *περὶ Ἀσσυρίων, περὶ Λιβύης ἐπιγράμματα, Ῥωμαικὴν ἱστορίαν.*

Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου, ὁ ἐπικληθεὶς μόχθος, Αἰγύπτιος, κατὰ δὲ Ἑλικώνιον Κρής, γραμματικός, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρχιβίου. ἠκηκόει δὲ καὶ Εὐφράνορος γηραιοῦ καὶ ὑπὲρ ἑκατὸν ἔτη γεγονότος, Διδύμου δὲ τοῦ μεγάλου θρεπτός. ἐπαίδευσε δὲ ἐπὶ Τιβερίου καίσαρος καὶ Κλαυδίου ἐν Ῥώμῃ. ἦν δὲ διάδοχος Θέωνος τοῦ γραμματικοῦ καὶ σύγχρονος Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως. ἔγραψεν ἱστορίαν κατ᾽ ἔθνος καὶ ἄλλα τινά: Suidas. Jussu Alexandrinorum conquestus est apud Caligulam de Judaeis. Contra quem Josephus Flavius Hierosolymis natus circa annum 37 p. Chr. n. et post Hierosolyma capta Romam ductus scripsit apologiam contra Apionem. Praeterea Josephus, illustrissimus Judaeorum rerum scriptor, composuit septem libros de bello Judaico et duodeviginti antiquitatum Judaicarum.

Thallus Samaritanus aequalis Augusti imperatoris et Tiberii tres libros *Χρονικά* scripsit, quibus res ab Belo, qui 322 annis ante excidium Troiae fuit, usque ad suam ipsius aetatem gestas complexus est.

5 censuales: scriptores librorum censualium, in quibus possessiones et census exhibentur; Oehler, cum Tertullianus voce census pro origine et censeri pro originem habere utatur, censuales eos scriptores esse interpretatur, qui origines gentium rerumque primordia tradant.

simus. 8 Verum differre praestat, vel ne minus persequamur festinando vel diutius evagemur persequendo.

XX. Plus iam offerimus pro ista dilatione: maiestatem scripturarum, si non vetustate divinas probamus, si dubitatur antiquitas. Nec hoc tardius aut aliunde discendum: coram sunt quae docebunt: mundus et saeculum et exitus rerum. 2 Quicquid agitur, praenuntiabatur; quicquid videtur, audiebatur; quod terrae vorant urbes, quod insulas maria fraudant, quod externa atque interna bella dilaniant, quod regnis regna compulsant, quod fames et lues et locales quaeque clades et frequentiae plerumque mortium vastant, quod humiles sublimitate, sublimes humilitate mutantur, 3 quod iustitia rarescit, iniquitas increbrescit, bonarum omnium disciplinarum cura torpescit, quod etiam officia temporum et elementorum munia exorbitant, quod et monstris et portentis naturalium forma turbatur, providentiae scripta sunt. Dum patimur, leguntur; dum recognoscimus, probantur. Idoneum, opinor, testimonium divinitatis veritas divinationis. 4 Hinc igitur apud nos futurorum quoque fides tuta est, iam scilicet probatorum, quia cum illis, quae cottidie probantur, praedicabantur; eaedem voces sonant, eaedem litterae notant, idem spiritus pulsat, unum tempus est divinationi futura praefanti. 5 Apud homines, si forte, distinguitur, dum

1 vel ne PBELM ne vel DG *edd. Rau.* 3 offeremus LM 4 antiquitas EPDG antiquas BELM 6 rerum F *om.* V 7 vorarant F 8 fraudarent F interna et externa F *Wal.* dilaniarent F 11 et iniquitas *edd.* 13 exorbitantur D *Rhen.* 14 providentae F *Wal.* providenter V *cf. de monog. 4 (Oehl. I 766)* si quidem prophetiae dictum est. *Löfst. III 3.* 16 veritatem *Rhen. Gel.* 18 praedicabantur FEM praedicebantur V praecidebantur D praedicabant L eaedem DEG *Rhen. Gel. Rig.* eadem EPBM easdem L 19 eadem F cedem M *om.* G 20 praefanti BELM *Gel. Pam. Herald.* praefandi FPG praefati L praefari *Rhen.*

7 sqq. cf. c. 40, 3; frg. Fuldense 7; Theophil. ad Autol. 2, 9 (cf. ad frg. Fuld. 7); Cypr. de mort. 2 (297, 20 H) bella et fames et terrae motus et pestilentias per loca singula exurgere praenuntiavit et cecinit . . . fiunt ecce quae dicta sunt. ad Demetr. 2 (352, 7 H) cum dicas plurimos conqueri et quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames saeviant, quodque imbres et pluvias serena longa suspendant nobis imputari. Matth. 24,7 consurget enim gens in gentem et regnum in regnum; et erunt pestilentiae et fames et terrae motus per loca.

10 Luc. 1, 52 deposuit potentes de sede et exaltavit humiles.

12 de pat. 2 (I 589 Oehl.) temporum officia, elementorum servitia.

14 Cic. de divin. 1, 92 monstris atque portentis.

16 sqq. cf. frg. Fuld. 8.

16 an. 2 (300, 21 RW) testimonium est veritatis eventus ipsius. 28 (347, 4) Moyses . . . satis probatus divinitatem operis ex divinatione vocis. Orig. c. Cels. 6, 10 p. 637 (II 80, 16 Koetschau) *τὸ γὰρ χαρακτηρίζειν τὴν θεότητα ἡ περὶ μελλόντων ἐστὶν ἀπαγγελία, οὐ κατ᾽ ἀνθρωπίνην φύσιν λεγομένων καὶ ταῖς ἐκβάσεσιν κρινομένων ὅτι θεῖον πνεῦμα ἦν τὸ ταῦτα ἀπαγγέλλον.*

20 sqq. cf. frg. Fuld. 9; Justin. apol. 1, 52, 1; Theophil. ad Autol. 2, 9 (ad frg. Fuld. 8); 1, 14 *ἀλλὰ νῦν κατανοήσας αὐτὰ πιστεύω, ἅμα καὶ ἐπιτυχὼν ἱεραῖς γραφαῖς τῶν ἁγίων προφητῶν, οἳ καὶ προεῖπον διὰ πνεύματος θεοῦ τὰ προγεγενότα ᾧ τρόπῳ γέγονεν, καὶ τὰ ἐνεστῶτα τίνι τρόπῳ γίνεται, καὶ τὰ ἐπερχόμενα ποίᾳ τάξει ἀπαρτισθήσεται. ἀπόδειξιν οὖν λαβὼν τῶν γινομένων καὶ προαναπεφωνημένων οὐκ ἀπιστῶ, ἀλλὰ πιστεύω πειθαρχῶν θεῷ.*

expungitur, dum ex futuro praesens, dehinc ex praesenti praeteritum deputatur. Quid delinquimus, oro vos, futuro quoque credentes, qui iam didicimus illi per duos gradus credere?

XXI. Sed quoniam edidimus antiquissimis Iudaeorum instrumentis sectam istam esse subfultam, quam aliquanto novellam, ut Tiberiani temporis, plerique sciunt profitentibus nobis quoque, fortasse an hoc nomine de statu eius retractetur, quasi sub umbraculo insignissimae religionis, certe licitae, aliquid propriae praesumptionis abscondat; 2 vel quia praeter aetatem neque de victus exceptionibus neque de solemnitatibus dierum neque de ipso signaculo corporis neque de consortio nominis cum Judaeis agimus, quod utique oporteret, si eidem deo manciparemur. 3 Sed et vulgus iam sciunt Christum hominem utique aliquem, qualem Iudaei iudicaverunt, quo facilius quis nos hominis cultores existimaverit. Verum neque de Christo erubescimus, ut quos sub nomine eius deputari et damnari iuvat, neque de deo aliter praesumimus. Necesse est igitur pauca de Christo ut deo.

4 Totum Iudaeis erat apud deum praerogativa, ubi et insignis

1 dum hinc ELM 2 futuro F *Wal.* futura V 3 illis DLM *edd. Rau.* 4 XXI de Christo et Judaeis. Sed V 5 istam] nostram E scient aliquando F Tiberianis temporibus ortam F *cf. adv. Marc. 4, 4 (429, 27 K)* a Tiberianis usque ad Antoniniana tempora; *4, 6 (432, 26 K)* Christum, qui Tiberianis temporibus ... revelatus sit; *1, 19 (314, 19 K)* deum Antonianiani imperii Tiberiani non fuisse; *Löfst. II 11 ; Thörnell, Eranos 16 (1916) 131* 8 certae licentiae aliquid et propriae *Rhen. Gel. Pam.* 11 agamus PE 12 sciunt F scit V hominem utique aliquem F ut hominum aliquem PBGLM ut hominem aliquem E ut aliquem hominem (hominum *edd.*) D *edd.* 13 quo] quos LM 15 ut quos F cum V 16 praesumimus V sumus F *Löfst. II 56* pauca dicamus F deo dicamus E 17 totum] dudum *Oehl.* tantum *Ursinus* praerogativa F *Wal. Col.* gratia V *Cypr. quod idola d. n. s. 10 37, 8 H) Wohleb, Berl. Phil. Wo. 36 (1916) 605* gratiae praerogativa *Rau.* ubi et V ob F *Rau. Wal. Col.* insignem iustitiam et fidem F *Rau. Wal. Col.*

5 sq. cf. c. 5, 2.

10 signaculum corporis: circumcisio; Min. Fel. 31, 8 sic nos non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dinoscimus. Justin. dial. c. Tryph. 10 *ἐκεῖνο δὲ ἀποροῦμεν μάλιστα, εἰ ὑμεῖς εὐσεβεῖν λέγοντες καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν κατ᾽ οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεσθε οὐδὲ διαλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτὰς μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν μήτε τὴν περιτομὴν ἔχειν.*

15 sq. Justin. dial. c. Tryphon. 11 *οὐδὲ ἄλλον μὲν ἡμῶν, ἄλλον δὲ ὑμῶν ἡγούμεθα θεόν.*

17 sqq. Min. Fel. 33, 2 sed Judaeis nihil profuit, quod unum et ipsi deum aris atque templis maxima superstitione coluerunt. ignorantia laberis, si priorum aut oblitus aut inscius posteriorum recordaris; nam et ipsi deum nostrum, idem enim omnium deus est. quamdiu enim eum caste innoxie religioseque coluerunt, quamdiu praeceptis salubribus obtemperaverunt, de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges; modici multos, inermi armatos, dum fugiunt insequentes, dei iussu et elementis adnitentibus obruerunt. scripta eorum relege ...: iam scies nequitia sua hanc eos meruisse fortunam nec quidquam accidisse, quod non sit his, si in contumacia perseverarent, ante praedictum. ita prius eos deseruisse conprehendes quam esse desertos nec, ut impie loqueris, cum deo suo captos, sed a deo ut disciplinae transfugas deditos. Cypr. quod idol. d. n. s. 10 Judaeis primum erat apud deum gratia. sic olim iusti erant, sic maiores

6*

iustitia et fides originalium auctorum; unde illis et generis magnitudo et regni sublimitas floruit et tanta felicitas de dei vocibus, quibus edocebantur de promerendo deo et non offendendo praemonebantur. 5 Sed quanta deliquerint, fiducia patrum inflati ad delirandum a disciplina in profanum modum, etsi ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. Dispersi, palabundi, et soli et caeli sui extorres vagantur per orbem sine homine, sine deo rege, quibus nec advenarum iure terram patriam saltim vestigio salutare conceditur. 6 Cum haec illis sanctae voces praeminarentur, eadem semper omnes ingerebant fore, uti sub extimis curriculis saeculi ex omni iam gente et populo et loco cultores sibi adlegeret deus multo fideliores, in quos gratiam transferret, pleniorem quidem ob disciplinae auctioris capacitatem.

7 Venit igitur qui ad reformandam et inluminandam eam venturus a deo praenuntiabatur, Christus ille filius dei. Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister, inluminator atque deductor ge-

2 de F ut de V unde LM vocibus affuit F 3 et docebantur F de *om.* F praemonebantur F praemonerentur V 4 dereliquerint PGL derelinquerint M ex fiducia F *Wal. Col. sed cf. quod idola dii n. s. 10 (27, 10 H)* ad delirandum F ad declinandum derivantes a (dirivantes ad M) V *Rhen. Pam. Herald. Oehl. Col.* deviantes a *Scaliger* declinantes a *Gel.* ad declinandam *Rau.* ad declinandum *Wal. Col. cf. praef. 15* disciplinam F *Rau. Wal. Col.* 5 modis F 6 et caeli et soli DG *edd.* 8 salutari PL salutaris BM 10 curricula ELM 12 quidem *om.* F 14 praenuntiatur PBLM

eorum religionibus oboediebant. inde illis et regni sublimitas floruit et generis magnitudo provenit. sed illi indisciplinati postmodum facti et fiducia patrum inflati, dum divina praecepta contemnunt, datam sibi gratiam perdiderunt. quam fuerit illis profana vita, quae contracta sit violatae religionis offensa, ipsi quoque testantur, qui etsi non tacent, exitu confitentur: dispersi et palabundi vagantur, soli et caeli sui profugi per hospitia aliena iactantur.

4 Lact. div. inst. 4, 11, 1 (304, 14 B) cum saepe Judaei praeceptis salutaribus repugnarent atque a divina lege desciscerent aberrantes ad inpios cultus deorum. epit. 38, 4 (714, 19 B) sed idem paulatim ad profanos ritus aberrantes.

7 sq. Tert. adv. Jud. 13 (II 734 Oehl.) animadvertimus autem nunc neminem de genere Israel in civitate Bethlehem remansisse et exinde quod interdictum est ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judaeorum. Euseb. h. e. 4, 6, 2 sq. *ἐστρατήγει δὲ Ἰουδαίων τηνικαῦτα Βαρχωχέβας ὄνομα . . . ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀκτοκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἁδριανοῦ κατὰ Βίθθηρα πόλιν . . . τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας χρονίου γενομένης, λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέντων καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἁδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσάμενου.*

9 cf. Deuteron. 32, 26; Esai. 1, 7; Ezech. 8, 12 sqq. 9, 1 sqq.; Dan. 9, 26.

10 cf. Cypr. test. 1, 19 sqq. quod idola d. n. s. 11 nec non deus ante praedixerat, fore ut vergente saeculo et mundi fine iam proximo ex omni gente et populo et loco cultores sibi adlegeret deus multo fideliores, qui indulgentiam de divinis muneribus haurirent, quam acceptam Judaei contemptis religionibus perdidissent.

14 sqq. quod idola d. n. s. 11 cuius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister sermo et filius dei mittitur, qui per prophetas omnes retro inluminator et deductor humani generis praedicatur. cf. Esai. 49, 6; Luc. 2, 32; Acta 13, 47; Jo. 1, 9.

neris humani filius dei adnuntiabatur; non quidem ita genitus, ut erubescat de filii nomine aut de patris semine. 8 Non de sororis incesto nec de stupro filiae aut coniugis alienae deum patrem passus est squamatum aut cornutum aut plumatum, amatorem in auro conversum. [Danaidis. Iovis] Ista sunt numina vestra. 9 Ceterum dei filius nullam de inpudicitia habet matrem; etiam quam videtur habere, non nupserat. Sed prius substantiam edisseram, et ita nativitatis qualitas intellegetur.

10 Iam diximus deum universitatem hanc mundi verbo et ratione et virtute molitum. Apud vestros quoque sapientes *λόγον*, id est sermonem atque rationem, constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit;

1 filius dei *om.* LM dei *om.* E 2 de (filii) F in V *Oehl. Wal. sed cf. c. 34, 4* semine sicut de concubitu tauri F incestu LM 3 de coniugis F coniugio E 5 Danaidis Jovis *seclusi* Jovis ista sunt genimina, numina *Thörnell, Eranos 16 (1916) 134* numina V nomina E humana F *Rau. Wal.* numina vestra *del. Col.* 6 non *om.* D *Rhen.* 7 et ita FV et iam DG *Rhen.* 9 diximus FE ediximus V 12 Zeno *om.* F factitorem E factorem LM

2 sqq. Justin. dial. c. Tryph. 69 *ἴσθι οὖν . . ., ὅτι ἃ παραποιήσας ὁ λεγόμενος διάβολος ἐν τοῖς Ἕλλησι λεχθῆναι ἐποίησεν, . . . ταῦτα βεβαίαν μου τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς γνῶσιν καὶ πίστιν κατέστησεν. ὅταν γὰρ Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως, ἣν μεμῖχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ, γεγενῆσθαι λέγωσι . . ., οὐχὶ τὴν προλελεγμένην ὑπὸ Μωϋσέως ἀναγραφεῖσαν Ἰακὼβ τοῦ πατριάρχου προφητείαν μεμιμῆσθαι αὐτὸν νοῶ; ἐπὰν δὲ τὸν Ἡρακλέα . . . τῷ Διὶ ἐξ Ἀλκμήνης γενόμενον . . . ὅταν δὲ τὸν Ἀσκλήπιον . . .* Juppiter sororem Junonem in matrimonio habuit filiam Proserpinam sub specie squamati draconis constupravit, sub tauri Europam et Pasiphaen, sub cygni Ledam, sub aurei imbris Danaen, Alcmenen Amphitryonis uxorem vitiavit.

6 de pud. 6 (230, 3 RW) at ubi sermo dei descendit in carnem ne nuptiis quidem resignatam et sermo caro factus est ne nuptiis quidem resignanda; de carne Chr. 19 (II 456 Oehl.) intellegimus ergo ex concubitu nativitatem domini negatam. Justin. apol. 1, 21, 1 *τῷ δὲ καὶ τὸν λόγον, ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγεννῆσθαι.*

9 cf. c. 17, 1.

10 sqq. Lact. div. inst. 4, 9, 1 sed melius Graeci *λόγον* dicunt quam nos sermonem; *λόγος* enim et sermonem significat et rationem, quia ille est et vox et sapientia dei. hunc sermonem divinum ne philosophi quidem ignoraverunt, siquidem Zenon rerum naturae dispositorem atque opificem universitatis *λόγον* praedicat, quem et fatum et necessitatem rerum et deum et animum Jovis nuncupat, ea scilicet consuetudine, qua solent Jovem pro deo accipere. Cic. de nat. deor. 1, 14, 36 Zeno autem . . . naturalem legem divinam esse censet eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria . . . atque hic idem alio loco aethera deum dicit. . . . aliis autem libris rationem quandam per omnium naturam rerum pertinentem vi divina esse adfectam putat. idem astris hoc idem tribuit, tum annis mensibus annorumque mutationibus. cum vero Hesiodi theogoniam id est originem deorum interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum. La. Diog. 7, 68, 134 *τὸ δὲ ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ (τῇ ὕλῃ) λόγον τὸν θεόν· τοῦτον γὰρ ἀΐδιον ὄντα διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα . . . ἕν τ᾽ εἶναι θεὸν καὶ νοῦν καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία πολλαῖς τ᾽ ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι.* Min. Fel. 19, 10 Zenon . . . naturalem legem atque divinam et aethera interim interdumque rationem vult omnium esse principium. Lact. div. inst. 1, 5, 20 Chrysippus naturalem vim divina ratione praeditam, interdum divinam necessitatem deum nuncupat, item Zenon naturalem divinamque legem. — Vixit autem Zeno Citiensis, sectae Stoicae auctor, circiter annum 300 a. Chr. n.

eundem et fatum vocari et deum et animum Iovis et necessitatem omnium rerum. Haec Cleanthes in spiritum congerit, quem permeatorem universitatis adfirmat. 11 Et nos autem sermonem atque rationem itemque virtutem, per quae omnia molitum deum ediximus, propriam substantiam spiritui adscribimus, cui et sermo insit pronuntianti et ratio adsit disponenti et virtus praesit perficienti. Hunc ex deo prolatum didicimus et prolatione generatum et idcirco filium dei et deum dictum ex unitate substantiae; nam et deus spiritus. 12 Et cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa; sed sol erit in radio, quia solis

---

1 Jovis *secl. Col. sed cf. Lact. div. inst. 4, 9, 2 (300, 7 sqq. B)* 2 spiritu D *Rhen. 1 Gel.* contingerit M 3 autem] etiam *edd.* sermonem . . . rationem . . . virtutem F *Rau. Wal.* sermoni . . . rationi . . . virtuti V *Oehl. Col.* 5 spiritui *scripsi* spiritum V *om.* F spiritus *Rhen. Gel.* asscribimus F inscribimus V praenuntianti DE *Rhen. Herald. Rig.* 7 dicimus F 8 et] etiam G *edd.* nam *Altercatio Heracliani, quae p. 143 sqq. verba* nam cum radius — *§ 11* Christus est *exhibet; cf. praef. 17* 9 ex summa] haec summa est *Alterc.*

2 Cic. de nat. deor. 1, 14, 37 Cleanthes autem, qui Zenonem audivit . . ., tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen, tum ultimum et altissimum atque undique circumfusum et extremum omnia cingentem atque conplexum ardorem, qui aether nominetur, certissimum deum iudicat. Min. Fel. 19, 10 Cleanthes enim mentem, modo animum, modo aethera, plerumque rationem deum disserit. Lact. div. inst. 1, 5, 19 Cleanthes et Anaxagoras aethera esse dicunt summum deum.

4 sqq. adv. Prax. 6 (235, 8 K) ipsum primum protulit sermonem, habentem in se individuas suas socias, rationem et sophiam. 7 (236, 5) alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse . . . utique eo spiritu, qui sermoni inerat, apparet unam eandemque vim esse nunc in nomine sophiae nunc in appellatione sermonis . . . ergo, inquis, das aliquam substantiam esse sermonem, spiritu et sophiae traditione constructam? plane. Min. Fel. 19, 2 quid aliud et a nobis deus quam mens et ratio et spiritus praedicatur?

5 sq. Cypr. quod idol. d. n. s. 8 (26, 7 H) qui universa quaecumque sunt verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. Min. Fel. 18, 7.

Lact. div. inst. 4, 8, 6 nam sermo est spiritus cum voce aliquid significante prolatus . . . 9 merito igitur sermo ac verbum dei dicitur, quia deus procedentem de ore suo vocalem spiritum, quem non utero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam maiestatis suae virtute ac potentia in effigiem, quae proprio sensu et sapientia vigeat, conprehendit . . . 11 quanto magis dei vocem credendum est et manere in aeternum et sensu ac virtute comitari, quam de deo patre tamquam rivus de fonte traduxerit.

9 sqq. adv. Prax. 8 (238, 25 K) nec frutex tamen a radice nec fluvius a fonte nec radius a sole discernitur, sicut nec a deo sermo. (239, 6) secundus autem ubi est, duo sunt, et tertius ubi est, tres sunt. tertius enim est spiritus a deo et filio, sicut tertius a radice fructus et tertius a fonte rivus ex flumine et tertius a sole apex ex radio. nihil tamen a matrice alienatur, a qua proprietates suas ducit. Lact. div. inst. 4, 29, 4 cum igitur pater filium faciat et filius patrem, una utrique mens, unus spiritus, una substantia est: sed ille quasi exuberans fons est, hic tamquam defluens ex eo rivus, ille tamquam sol, hic quasi radius ex sole porrectus. qui quoniam summo patri et fidelis et carus est, non separatur, sicut nec rivus a fonte nec radius a sole, quia et aqua fontis in rivo est et solis lumen in radio. aeque nec vox ab ore seiungi nec virtus aut manus a corpore divelli potest. Justin. dial. c. Tryph. 61 *Λόγον γάρ τινα προβάλλοντες λόγον γεννῶμεν, οὐ κατὰ ἀποτομήν, ὡς ἐλαττωθῆναι τὸν ἐν ἡμῖν λόγον προβαλλόμενοι. καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν ἄλλο γινόμενον οὐκ ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἡ ἄναψις γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ μένον-*

est radius, nec separatur substantia sed extenditur ut lumen de lumine accensum. Manet integra et indefecta materia matrix, etsi plures inde traduces qualitatis mutueris. 13 Ita et quod de deo profectum est, deus est et dei filius et unus ambo; ita de spiritu spiritus et de deo deus modulo alter numerum gradu non statu fecit, et a matrice non recessit sed excessit.

14 Iste igitur dei radius, ut retro semper praedicabatur, delapsus in

1 extenditur V *Alterc.* expanditur F *inter* extenditur *et* ut lumen *inser. ex lin. 4* ita de spiritu spiritus et de deo deus V *om.* F *Alterc. Wal. Col. cf. Lact. div. inst. 4, 29, 4 sqq. infra adnotat.* ut V et F 2 et *om. Alterc.* materia F *Alterc.* materiae V *sed cf. adv. Hermog. 16 (143, 15 K)* materia etiam boni matrix matrix *om. Alterc.* inde] in deo *Alterc.* 3 traduces] radios *Alterc.* qualitates EG qualitatem D qualitatum *edd.* qualitate sua *Alterc.* mutabiles *Alterc.* de caelo perfectum L 4 unum *Alterc.* ita PG *edd. Alterc.* ita et BDELM *Oehl.* de spiritu sancto et de deo modulo *Alterc.* 5 alter F *Wal. Col.* alterum *Alterc. Rau.* alternum V numerum gradu] ergo gradum *Alterc.* statum *Alterc.* a matrice *om. Alterc.* exinde (*vel* deinde) non discessit *Alterc.* 7 ipse *Alterc.* radius] filius *Alterc.*

τος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀναφθὲν καὶ αὐτὸ ὂν φαίνεται, οὐκ ἐλαττῶσαν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἀνήφθη. 128 *ἄτμητον δὲ καὶ ἀχώριστον τοῦ πατρὸς ταύτην τὴν δύναμιν ὑπάρχειν, ὅνπερ τρόπον τὸ τοῦ ἡλίου φασὶ φῶς ἐπὶ γῆς εἶναι ἄτμητον καὶ ἀχώριστον ὄντος τοῦ ἡλίου ἐν τῷ οὐρανῷ.* Tatian. ad Graec. 5. Athenag. suppl. 10 *ὡς ἀκτῖνα ἡλίου.*

5 adv. Prax. 9 (239, 15 K) ecce enim dico alium esse patrem et alium filium et alium spiritum . . . non tamen diversitate alium filium a patre, sed distributione, nec divisione alium, sed distinctione, quia non sint idem pater et filius, vel modulo alius ab alio alii. pater enim tota substantia est, filius vero derivatio totius et portio. 14 (250, 22) et consequens erit, ut invisibilem patrem intellegamus pro plenitudine maiestatis, visibilem vero filium pro modulo derivationis, sicut nec solem nobis contemplari licet, quantum ad ipsam substantiam summam, quae est in caelis, radium autem eius toleramus oculis pro temperatura portionis, quae in terram inde porrigitur. de an. 32 (354, 9 RW) ipsius animae humanae quisquis modus, quaecumque mensura, quid faciet in amplioribus longe vel minutioribus animalibus? . . . si . . . nulla ratione capax est huiusmodi translationis in animalia nec modulis corporum nec ceteris naturae suae legibus adaequantia. 37 (364, 7) crescunt caro modulo, anima ingenio.

de exhort. cast. 7 (I 747 Oehl.) quod non unum est, numerus est. denique post unum incipit numerus. adv. Prax. 13 (249, 4 K) at ubi venit Christus et cognitus est a nobis, quod ipse, qui numerum retro fecerat, factus secundus a patre, et cum spiritu tertius. (248, 15) tres cum spiritu sancto secundum rationem oikonomiae, quae facit numerum. Justin. dial. c. Tryph. 56 (276 D) *θεὸς ἕτερός ἐστι τοῦ τὰ πάντα ποιήσαντος θεοῦ, ἀριθμῷ λέγω ἀλλὰ οὐ γνώμῃ.* 62 (285 C) *καὶ ἀριθμῷ ὄντα ἕτερον καὶ λογικὸν ὑπάρχοντα.* 128 (358 C) *οὐχ ὡς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὀνόματι μόνον ἀριθμεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀριθμῷ ἕτερόν τί ἐστι.*

adv. Prax. 2 (230, 1 K) tres autem non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma, nec potestate, sed specie, unius autem substantiae et unius potestatis, quia unus deus, ex quo et gradus isti et formae et species in nomine patris et filii et spiritus sancti deputantur. qui quomodo numerum sine divisione patiuntur, procedentes tractatus demonstrabunt.

7 sqq. Cypr. quod idola d. n. s. 11 cuius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister sermo et filius dei mittitur, qui per prophetas omnes retro inluminator et deductor humani generis praedicatur. hic est virtus dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria, hic in virginem delabitur, carnem spiritus sanctus induitur, deus cum homine miscetur.

virginem quandam et in utero eius caro figuratus nascitur homo deo mixtus. Caro spiritu structa nutritur adolescit adfatur docet operatur et Christus est. Recipite interim hanc fabulam (similis est vestris), dum ostendimus, quo modo Christus probetur et qui penes vos istiusmodi fabulas aemulas ad destructionem veritatis praeministraverint. 15 Sciebant et Iudaei, venturum esse Christum, scilicet quibus prophetae loquebantur. Nam et nunc adventum eius exspectant, nec alia magis inter nos et illos compulsatio est, quam quod iam venisse non credunt. Duobus enim adventibus eius significatis, primo, qui iam expunctus est in humilitate condicionis humanae, secundo, qui concludendo saeculo imminet in sublimitate divinitatis exsertae ⟨et⟩ paternae potestatis acceptae, primum non intellegendo secundum, quem manifestius praedicatum sperant, unum existimaverunt. 16 Ne enim

1 figuratur LM nascitur] nuntiatur *Alterc.* 2 structa F *Alterc. Löfst. I 83; III 78* instructa V docet operatur *om. Alterc.* 4 istiusmodi fabulas aemulas *scripsi* eiusmodi fabulas F eiusmodi fabulas aemulas V 5 veritatis istius aemulas F veritatis istiusmodi V *cf. praef. II* 11 *post* sublimitate *habet* paternae potestatis acceptae F *Wal. om.* V *transposui post lin. II* exertae *addito* et; *cf. quod idola d. n. s. 12 (29, 5 H); Lact. div. inst. 4, 10, 1 (301, 11 B) de primo adventu:* non in virtute angeli aut potestate caelesti; *4, 11, 11 (307, 11 B)* noluit eum in potestate et claritate caelesti mittere; *4, 12, 21 (315, 11 B)* cum rursus advenerit in claritate et potestate. 13 sperabant F *sed cf. Lact. div. inst. 4, 12, 13 (313, 2 B)* quomodo igitur Judaei et confitentur et sperant Christum dei; *7, 1, 24 (585, 18 B)* secundum adventum, quem Judaei quoque et confitentur et sperant.

1 adv. Marcionem 2, 27 (374, 5 K) miscente in semet ipso hominem et deum. adv. Prax. 8 (238, 11 K) sermo autem spiritu structus est et ut ita dixerim sermonis corpus est spiritus. de carne Chr. 8 (II 442 Oehl.) caro igitur Christi de caelestibus structa.

3 cf. c. 23, 12; Tatian ad Graec. 21 *οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. οἱ λοιδοροῦντες ἡμᾶς συγκρίνατε τοὺς μύθους ὑμῶν τοῖς ἡμετέροις διηγήμασιν.* Justin. apol. 21 (cf. supra ad 21, 8).

5 cf. c. 47, 11. Justin. apol. 1, 54, 1 *οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ᾽ ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. ἀκούσαντες γὰρ διὰ τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον παραγενησόμεν τὸν Χριστὸν καὶ κολασθησομένους διὰ πυρὸς τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων προεβάλλοντο πολλοὺς λεχθῆναι γενομένους υἱοὺς τῷ Διὶ νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἡγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστὸν καὶ ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεχθεῖσι.* dial. c. Tryph. 69 sq.

6 sqq. Cypr. quod idola d. n. s. 12 sciebant et Judaei Christum esse venturum; nam hic illis semper prophetis monentibus adnuntiabatur. sed significato duplici eius adventu, uno qui exercitio et exemplo hominis fungeretur, altero qui deum fateretur, non intellegendo primum adventum, quod in passione praecessit occultus, unum tantum credunt, qui erit in potestate manifestus. quod autem hoc Judaeorum populus intellegere non potuit, delictorum meritum fuit: sic erant sapientiae et intellegentiae caecitate multati, ut qui vita indigni essent, haberent vitam ante oculos nec viderent.

7 adv. Jud. 7 (II 713 Oehl.) venturum enim Christum et Judaeos non refutare scimus, utpote qui in adventum eius spem suam porrigant.

9 sq. Justin. apol. 1, 52, 3; dial. c. Tryph. 30 sqq.

11 Apoc. 2, 27; Ps. 2, 8; 99, 1 sq.

13 Lact. div. inst. 7, 1, 24 in hoc secundum referemus adventum, quem Judaei quoque et confitentur et sperant.

intellegerent pristinum, credituri, si intellexissent, et consecuturi salutem, si credidissent, meritum fuit delictorum. Ipsi legunt ita scriptum multatos se sapientia et intellegentia et oculorum et aurium fruge. 17 Quem igitur hominem solummodo praesumpserant de humilitate; sequebatur, uti magum existimarent de potestate, cum ille verbo daemonia de hominibus excuteret, caecos reluminaret, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitae, elementa ipsa famularet, compescens procellas et freta ingrediens, ostendens se esse et filium illum olim a deo praedicatum et ad salutem omnium natum <et> verbum dei, [id est λόγον] illud primordiale, primogenitum, virtute et ratione comitatum et spiritu fultum [eundem qui verbo omnia et faceret et fecisset]. 18 Ad doctrinam vero eius, qua revincebantur magistri primoresque Iudaeorum, ita exasperabantur, maxime quod ingens ad eum multitudo deflecteret, ut post-

1 nec . . . intellexerunt F *sed cf. quod idola d. n. s. 12 (29, 6 H)* quod autem hoc Judaeorum populus intellegere non potuit, delictorum meritum fuit 2 delictorum *Rhen. 2 cf. quod idola d. n. s. l. c.* delictorum eorum V 3 se *om.* ELM et oculorum *om.* E 4 solum hominem modo D *edd.* 5 insequebantur F magnum PG existimarent FL aestimarent V *cf. quod idola d. n. s. 13 (29, 16 H)* 6 excuteret verbo F illuminaret DEG *Rhen. Gel. Wal.* 8 famularent D famularentur E 9 et filium illum — natum *om.* V *cf. praef. 13* et filium *scripsi* filium et F et *ante* verbum *addidi, om.* FV omnium salutem F *transposui* 10 id est λόγον V *om.* F *seclusi* 11 fultum FV suffultum LM stultum G instructum *edd.* eundem — fecisset V *om.* F *Wal. Col.* 13 quia *edd.* 14 quod ad eum ingens D *edd.* deflecteret V *Thörnell, Eranos 16 (1916) 101* conflueret F *Wal.*

2 sq. Lact. div. inst. 4, 19, 1 quid amplius iam de facinore Judaeorum dici potest quam excaecatos tum fuisse atque insanabili furore correptos, qui haec cottidie legentes neque intellexerunt neque quin facerent cavere potuerunt? Justin. apol. 1, 49 sq. dial. c. Tryph. 16 sq.

3 Esai. 6, 9. 10.

4 sqq. Cypr. quod. idola d. n. s. 13 itaque cum Christus Jesus secundum a prophetis ante praedicta verbo et vocis imperio daemonia de hominibus excuteret, paralyticos restringeret, leprosos purgaret, inluminaret caecos, clodis gressum daret, mortuos rursus animaret, cogeret sibi elementa famulari, servire ventos, maria oboedire, inferos cedere, Judaei, qui illum crediderant hominem tantum de humilitate carnis et corporis, existimabant magum de licentia potestatis. hinc magistri eorum adque primores, hoc est quos et doctrina ille et sapientia revincebat, accensa ira et indignatione provocati, ut postremo detentum Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat, traderent, crucem eius et mortem suffragiis violentis ac pertinacibus flagitarent. Lact. div. inst. 4, 15, 1 veniamus ad opera illa miranda, quae cum essent caelestis indicia virtutis, magum Judaei putaverunt. Arnob. 1, 43—46; Commodian. carm. 388.

11 Lact. div. inst. 4 15, 10 cum ipse esset dei verbum caelesti virtute ac potestate subnixum.

12 (etiam ad l. 9) Lact. div. inst. 4, 16, 5 ergo cum magnus populus ad eum vel ob iustitiam quam docebat vel ob miracula quae faciebat subinde confluerct et praecepta eius audiret et a deo missum deique filium crederet, tum primores Judaeorum ac sacerdotes et ira stimulati, quod ab eo tamquam peccatores increpabantur, et invidia depravati, quod confluente ad eum multitudine contemni se ac deseri videbant . . . consilium de eo tollendo cruciandoque ceperunt.

13 Matth. 16, 21.

14 Lact. div. inst. 4, 17, 2 cetera pars populi, quae nondum ad Christum secesserat.

remo oblatum Pontio Pilato, Syriam tunc ex parte Romana procuranti, violentia suffragiorum in crucem dedi sibi extorserint. Praedixerat et ipse ita facturos; parum hoc, si non et prophetae retro. 19 Et tamen subfixus multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit, praevento carnificis officio. Eodem momento dies medium orbem signante sole subducta est. Deliquium utique putaverunt, qui id quoque super Christo praedicatum non scierunt; ratione non deprehensa negaverunt, et tamen eum mundi casum relatum in arcanis vestris habetis. 20 Tunc Iudaei detractum et sepulcro conditum magna etiam militaris custodiae diligentia circumsederunt, ne, quia praedixerat tertia die resurrecturum se a morte, discipuli furto amoliti cadaver fallerent suspectos. 21 Sed ad tertium diem concussa repente terra et mole revoluta, quae obstruxerat sepulcrum, et custodia pavore disiecta, nullis adparentibus discipulis nihil in sepulcro repertum est praeterquam exuviae sepulturae. 22 Nihilominus tamen primores Iudaeorum, quorum intererat et scelus divulgare et populum vectigalem et famularem sibi a fide

1 Romanam F *sed cf. quod idola d. n. s. 13 (30, 3 H); Lact. 4, 18, 4 (349, 11 B); epit. 40, 8 (717, 28 B)* 2 dedi F Jesum dedi V *edd. Wohleb, Berl. phil. Wo. 36 (1916) 606; Löfst. II 29* 3 hoc *om.* DEG 4 et] etiam DG *edd.* multa — nam *om.* F 5 demisit PDG 6 media F 7 qui id D *edd.* quid PGLM qui E 8 ratione — deprehensa F *om.* V *Oehl. Rau.* 9 archivis DGL *edd.* 10 militaris F militari manu V 11 circumserunt LM 12 cadavere M 13 ad tertium diem F *Wal. Col. Löfst. I 95* ecce tertia die V *Rau* .ecce die tertia D *edd.* 14 custodiae PBLM 15 praeterquam V praeter F exuviae V exuvias F *cf. Lact. div. inst. 4, 19, 7 (362, 11 B)* sepulturae F *cf. Löfst. Eranos 13 (1913) 140 sq.* sepulti V *Lact. l. c.* 16 Judaeorum *om.* V 17 familiarem FE ad fidem LM *Pam.*

1 Lact. div. inst. 4, 18, 4 illi conprehensum ac Pontio Pilato, qui tum legatus Syriam regebat, oblatum cruci adfigi postulaverunt obicientes ei nihil aliut nisi quod diceret se filium dei esse. epit. 40, 8.

3 Cypr. quod idola d. n. s. 14 hoc facturos et ipse praedixerat et prophetarum omnium testimonium sic ante praecesserat . . . fidem itaque rerum cursus implevit. nam et crucifixus praevento carnificis officio spiritum sponte dimisit et die tertio rursus a mortuis sponte surrexit. Lact. div. inst. 4, 19, 2 suspensus igitur et adfixus exclamavit ad deum voce magna et ultro spiritum posuit. et eadem hora terrae motus factus est et velum templi quod separabat duo tabernacula scissum est in duas partes et sol repente subductus est. epit. 40, 10 eodem namque momento quo spiritum posuit et terrae motus magnus et deliquium solis fuit.

8 Amos 8, 9 sq. Jerem. 15, 9.

10 sqq. Lact. div. inst. 4, 19, 6 cum haec facta essent, ne prodigiis quidem caelestibus facinus suum intellegere quiverunt, sed quoniam praedixerat se tertio die ab inferis resurrecturum, metuentes ne a discipulis subrepto et amoto corpore universi resurrexisse eum crederent et fieret multo maior in plebe confusio, detraxerunt eum cruci et conclusum in monumento firmiter militari custodia circumdederunt. verum tertio die ante lucem terrae motu repente facto patefactum est sepulcrum et custodibus quos adtonitos obstupefecerat pavor nihil videntibus integer e sepulcro ac vivus egressus in Galilaeam profectus est, ut discipulos suos quaereret. in sepulcro vero nihil repertum est nisi exuviae, quibus convolutum corpus incluserant.

avocare, subreptum a discipulis iactitaverunt. Nam nec ille se in vulgus eduxit, ne inpii errore liberarentur, ut et fides, non mediocri praemio destinata, difficultate constaret. 23 Cum discipulis autem quibusdam apud Galilaeam Iudaeae regionis ad quadraginta dies egit docens eos quae docerent. Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem, circumfusa nube in caelum est ereptus multo verius quam apud vos adseverare de Romulis Proculi solent.

24 Ea omnia super Christo Pilatus, et ipse iam pro sua conscientia christianus, Caesari tunc Tiberio nuntiavit. Sed et Caesares credidissent super Christo, si aut Caesares non essent necessarii saeculo, aut si et christiani potuissent esse Caesares. 25 Discipuli vero diffusi per orbem ex praecepto magistri dei paruerunt, qui et ipsi a Iudaeis

1 avocare F revocare V 2 ut et V sed ut F *Wal.* 4 Judaeae regionis *incl. Col.* regionis F regionem V quinquaginta F 6 ereptus F receptus V *cf. quod idola d. n. s. 14 (31, 2 H)* nube sublatus est *(Lact. epit. 42, 3); Lact. div. inst. 4, 20, 1 (367, 10 B)* eumque in caelum sustulit (nubes) melius D *Rhen. 1 Herald. Rig.* 7 Romulis F Romulo V 10 saeculo necessarii D *edd.* 11 si et *om.* D si *om.* F et si E vero F quoque V *cf. quod idola d. n. s. 14 (31, 8 H); Lact. div. inst. 4, 21, 2 (367, 13 B)* 12 dei *incl. Col.* paraverunt M

3 sqq. Lact. div. inst. 4, 20, 1 profectus ergo in Galilaeam (noluit enim se Judaeis ostendere, ne adduceret eos in paenitentiam atque inpios resanaret), discipulis iterum congregatis scripturae sanctae litteras id est prophetarum arcana patefecit. 4, 21, 1 ordinata vero discipulis suis evangelii ac nominis sui praedicatione circumfudit se repente nubes eumque in caelum sustulit quadragesimo post passionem die. epit. 42, 3 ac tum demum quadragesimo die remeavit ad patrem sublatus in nube. Cypr. quod idola d. n. s. 14 apparuit discipulis suis . . . ad dies quadraginta remoratus est, ut de eo ad praecepta vitalia instrui possent et discerent, quae docerent. tunc in caelum circumfusa nube sublatus est. de praescript. haer. 13, 4 in caelos ereptum sedisse ad dexteram patris. an. 55 (388, 15 RW) nondum illis, quos domini adventus in saeculo invenerit, obviam ei ereptis in aerem.

7 Cic. de re publ. 2, 10, 20 sed profecto tanta fuit in eo vis ingenii atque virtutis, ut id de Romulo Proculo Julio homini agresti crederetur, quod multis iam ante saeculis nullo alio de mortali homines credidissent: qui inpulsu patrum, quo illi a se invidiam interitus Romuli pellerent, in contione dixisse fertur, a se visum esse in eo colle Romulum, qui nunc Quirinalis vocatur; eum sibi mandasse, ut populum rogaret, ut sibi eo in colle delubrum fieret, se deum esse et Quirinum vocari. Liv. 1, 16. Plut. Rom. 28. Tert. spect. 30 (28, 21 RW) tot spectans reges qui in caelum recepti nuntiabantur, cum Jove ipso et ipsis suis testibus in imis tenebris congemescentes. Justin. apol. 1, 21, 3 *τί γὰρ λέγομεν . . . τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας, οὓς ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα*; Min. Fel. 24, 1 nisi forte post mortem deos fingitis; et peierante Proculo deus Romulus et Juba Mauris volentibus deus est et divi ceteri reges, qui consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae potestatis. Cypr. quod idola d. n. s. 4 est Romulus peierante Proculo deus factus.

8 Euseb. h. e. 2, 2, 1 *τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας ἤδη καθ' ὅλης τῆς Παλαιστίνης βεβοημένα Πιλᾶτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται.* cf. c. 5, 2.

11 sqq. Cypr. quod idola d. n. s. 14 per orbem vero discipuli magistro et deo monente diffusi praecepta in salutem dare . . . 15 ac ne esset probatio minus solida et de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa poenarum

insequentibus multa perpessi utique pro fiducia veritatis libenter Romae postremo per Neronis saevitiam sanguinem christianum seminaverunt. 26 Sed monstrabimus vobis idoneos testes Christi ipsos illos, quos adoratis. Multum est si eos adhibeam, ut credatis christianis, propter quos non creditis christianis. Interim hic est ordo nostrae institutionis, hunc edidimus et sectae et nominis censum cum suo auctore.

27 Nemo iam infamiam incutiat, nemo aliud existimet, quia nec fas est ulli de sua religione mentiri. Eo enim, quod aliud a se coli dicit quam colit, negat quod colit, et culturam et honorem in alterum transfert et transferendo iam non colit quod negavit. 28 Dicimus et palam dicimus et vobis torquentibus lacerati et cruentati vociferamur: ‚Deum colimus per Christum'. Illum hominem putate, per eum et in eo se cognosci et coli deus voluit. 29 Ut Iudaeis respondeam, et ipsi dominum per hominem Moysen colere didicerunt; ut Graecis occurram, Orpheus Pieriae, Musaeus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Boeotiae initiationibus homines obligaverunt; ut ad vos quoque dominatores gentium adspiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus oneravit. 30 Licuerit et Christo commen-

1 insequentibus V persequentibus FD 2 per] post LM 3 monstrabimus E *Pam. Herald.* monstravimus PBDGLM 5 XXII de deo omnipotente et Christo. Interim V 6 edimus F *Wal. Col.* 7 concutiat F 8 eo F ex eo V *Oehl. Col.* 9 et culturam *om.* F *Wal.* 10 transfert DG *edd.* transferet PBE transferret LM 11 cruentati F *Rau. Wal.* cruenti V 12 putare LM et in eo *om.* F *cf. adv. Prax. 24 (275, 1 K)* per quem pater et videretur ... et cognesceretur in filio 13 vult deus et coli D *edd.* voluit F vult V respondeam F respondeamus V 14 deum DEG *edd.* hominem per DLM hominem *om.* F *Wal. Col.* 15 Trophenius PBLM Tryphonius F 16 Boetiae V 17 adspiciam V convertar F *Wal. Col.*

genera temptantur. Lact. div. inst. 4, 21, 2 discipuli vero per provincias dispersi fundamenta ecclesiae ubique posuerunt ... 5 itaque post illorum obitum, cum eos Nero interemisset ...

3 cf. c. 23, 4—11.

3 sq. Cypr. ad Demetr. 15 (361, 22 H) veni et cognosce vera esse quae dicimus: et quia sic deos colere te dicis, vel ipsis crede quos colis.

12 cf. c. 23, 15. 18. adv. Prax. 24 (275, 1 K) secundum haec enim vicarium se patris ostenderat, per quem pater et videretur in factis et audiretur in verbis et cognosceretur in filio facta et verba patris administrante. adv. Jud. 7 (II 713 Oehl.) testamentum novum in ipso et per ipsum nobis dispositum. Lact. div. inst. 4, 29, 14 non potest igitur summus ille ac singularis deus nisi per filium coli. epit. 44, 2 per illum se deus et agnosci et colui voluit.

15 sqq. Aristoph. ran. 1032 *Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φονῶν τ' ἀπέχεσθαι, Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς.* Plat. Protag. 316 D *τοὺς δὲ αὖ τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας, τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον.* Orpheus Thrax fuit, Musaeus itam Thrax sive ab Eleusine oriundus. De Melampode vate cf. Hom. Od. 11, 287 sqq. 15, 245 sqq. Herod. 2, 49. Trophonius Lebadeae in Boeotia terrae hiatu haustus ibi oraculum habuit.

17 de praescript. 40, 3 ceterum si Numae Pompilii superstitiones revocamus, si sacerdotalia officia et insignia et privilegia, si sacrificalia ministeria et instrumenta et vasa ipsorum sacrificiorum ac piaculorum et votorum curiositates consideremus, nonne manifeste diabolus morositatem illam Judaicae legis imitatus est? Arnob. 2, 12 Romam, in qua cum homines essent Numae regis artibus atque antiquis superstitionibus occupati. 7, 26 religionibus artifex in comminiscendis Numa.

tari divinitatem, rem propriam, non qua rupices et adhuc homines multitudini tot numinum demerendorum adtonitos efficiendo ad humanitatem temperaret, quod Numa, sed qua iam expolitos et ipsa urbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Quaerite igitur si vera sit ista divinitas Christi. 31 Si ea est, qua cognita ad bonum quis reformatur, sequitur, ut falsae renuntietur comperta in primis illa omni ratione, quae delitiscens sub nominibus et imaginibus mortuorum quibusdam signis et miraculis et oraculis fidem divinitatis operatur.

XXII. Atque adeo dicimus esse substantias quasdam spiritales. Nec novum nomen est; sciunt daemonas philosophi, Socrate ipso ad daemonis arbitrium exspectante. Quidni? cum et ipsi daemonium a

1 rem propriam *om.* F *Wal. Col.* qua FV quo P² quae L qui *edd.* rudes F numinum DG nominum EP hominum ELM 3 quo F qua *Wal. Col.* qui D *edd.* quia PBEGLM quod F 4 occularet PBM conculcaret L ergo DG *edd.* 5 sit F est V ad — reformatur *om.* F *Wal. Col.* quis reformetur ad bonum D *Rhen.* 6 reformetur DE *Gel.* falsae FPDE *Pam. Herald.* falso BGLM denuntietur *Col.* quaevis alia conperta EG *Rig.* conperta — ratione *incl. Col.* 7 delitiscens PB *cod. Agob. ad nat. 1, 16 (88, 19 RW)* delitescens *rell.* 11 nec novum est nomen DG *Rhen.* daemonas F *edd.* daemones V 12 daemonis F daemonii V *cf. quod id. d. n. s. 6 (23, 16 H) (codd.); Min. Fel. 26, 9 Lact. div. inst. 2, 14, 9 (164, 8 B); epit. 23, 2* et *om.* F *Wal.*

1 adv. Marc. 4, 12 (455, 20 K) dominus sabbati dictus, quia sabbatum, ut rem suam, tuebatur.

an. 6 (307, 5 RW) quid autem facient tot ac tantae animae rupicum et barbarorum, quibus alimenta sapientiae desunt? pallio 4 (I 934 Oehl.) ille apud rupicem et silvicolam et monstrum eruditorem.

2 adtonitos: attentos; praescr. 43 diligentia attonita et cura sollicita; spect. 25 (25, 4 RW) pacem, opinor, habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam ediscet attonitus in mimos; Apul. met. 4, 22 huic me operi attonitum clara luce oppressit.

3 Liv. 1, 19, 4 omnium primum rem ad multitudinem imperitam et illis saeculis rudem efficacissimam, deorum metum iniciendum ratus est.

5 sq. cf. c. 1, 10.

7 ratione: cf. c. 2, 18. Min. Fel. 27, 1 daemones . . . sub statuis et imaginibus consecratis delitiscunt et adflatu suo auctoritatem quasi praesentis numinis consequuntur. Cypr. quod idola d. n. s. 7. Tert. spect. 12 (14, 25 RW) in mortuorum autem idolis daemonia consistunt.

8 sqq. Apul. apol. 43 quamquam Platoni credam inter deos atque homines natura et loco medias quasdam divorum potestates intersitas easque divinationes cunctas et magorum miracula gubernare.

11 sqq. Min. Fel. 26, 9 eos spiritus, daemonas, esse poetae sciunt, philosophi disserunt. Socrates novit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis sibi daemonis vel declinabat negotia vel petebat. Cypr. quod. idola d. n. s. 6 hos et poetae daemonas norunt et Socrates instrui se et regi ad arbitrium daemonis praedicabat. Lact. div. inst. 2, 14, 7 eos poetae et sciunt esse daemonas et locuntur . . . philosophi quoque de his disserunt . . . et Socrates esse circa se adsiduum daemona loquebatur, qui puero sibi adhaesisset, cuius nutu et arbitrio sua vita regeretur. epit. 23, 2 denique Socrates habere se a prima pueritia custodem rectoremque vitae suae daemonem praedicabat. Tert. an. 1 (299, 23 RW) sane Socrates facilius diverso spiritu agebatur, siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse. pessimum re vera paedagogum, etsi post deos et cum deis daemonia deputantur penes poetas et philosophos. Euseb. praep. ev. 5, 4.

pueritia adhaesisse dicatur, dehortatorium plane a bono. 2 Omnes sciunt poëtae, etiam vulgus indoctum in usum maledicti frequentat. Nam et Satanan, principem huius mali generis, proinde de propria consc entia animae eadem exsecramenti voce pronuntiat. Angelos quoque etiam Plato non negavit. Utriusque nominis testes esse vel magi adsunt. 3 Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens daemonum evaserit, damnata a deo cum generis auctoribus et, quem diximus, principe, apud litteras sanctas ordo cognoscitur.

4 Nunc de operatione eorum satis erit exponere. Operatio eorum est hominis eversio; sic malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem et valetudines infligunt

---

1 adhaesisse a pueritia D *edd.* 2 usu PBE *cf. Hoppe II 27* maledicti FBLM *Gel. Herald. Rig.* maledictis PDEG *Rhen.* 4 exsecramenti F ex sacramenti V 6 adsunt V adserunt F 8 quem F cum eo quem V principe V principem FM apud V aut F ordine *edd.*

1 Cic. de div. 1, 122 hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, esse divinum quiddam, quod *δαιμόνιον* appellat, cui semper ipse paruerit numquam inpellenti, saepe revocanti. Plat. apol. 31 D. Xenoph. mem. 1, 1, 4; 4, 3, 13.

2 sqq. test. an. 3 (137, 22 RW) ea et esse et abominationem sustinere execrationes tuae respondent. daemonium vocas hominem aut inmunditia aut malitia aut insolentia aut quacunque macula quam nos daemoniis deputamus ad necessitatem odii importunum. Satanan denique in omni vexatione at aspernatione et detestatione pronuntias, quem nos dicimus malitiae angelum. Aug. civ. dei 9, 19 hanc loquendi consuetudinem in totum populi usquequaque secuti sunt, ut eorum etiam, qui pagani appellantur et deos multos ac daemones colendos esse contendunt, nullus fere sit tam litteratus et doctus, qui audeat in laude vel servo suo dicere: „daemonem habes"; sed cuilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi, quam maledicere voluisse, dubitare non possit.

5 sqq. Min. Fel. 26, 10 magi quoque non tantum sciunt daemonas sed etiam, quicquid miraculi ludunt, per daemonas faciunt . . . Plato, qui invenire deum negotium credidit, nonne et angelos sine negotio narrat et daemonas? (apol. 27 D sympos. 202 DE). Cypr. quod idola d. n. s. 6 et magis inde est ad perniciosa vel ludicra potentatus; quorum tamen praecipuus Ostanes et formam veri dei negat conspici posse et angelos veros sedi eius dicit adsistere. in quo et Plato pari ratione consentit et unum deum servans ceteros angelos vel daemonas dicit. Lact. div. inst. 2, 14, 9. Apul. Plat. 1, 12 daemonas vero, quos genios et lares possumus nuncupare, ministros deorum arbitratur (Plato) custodesque hominum et interpretes, si quid a deis velint. Aug. civ. dei 15, 23 qui enim graece dicitur *ἄγγελος*, quod nomen latina declinatione angelus perhibetur, latina lingua nuntius interpretatur.

6 sqq. Gen. 6, 2. idol. 9 (38, 10 RW) unum propono, angelos esse illos desertores dei, amatores feminarum, proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos a deo. Henoch 15. Lact. div. inst. 2, 14, 3 tum in caelum ob peccata, quibus se inmerserant, non recepti ceciderunt in terram. sic eos diabolus ex angelis dei suos fecit satellites ac ministros . . . quorum idem diabolus est princeps. Commodian. 1, 3. Justin. apol. 2, 5 *οἱ ἄγγελοι παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες.*

11 Min. Fel. 26, 8 ad solacium calamitatis suae non desinunt perditi iam perdere. Cypr. quod idola d. n. s. 6.

12 sqq. Min. Fel. 27, 2 vitam turbant, somnos inquietant, inrepentes etiam corporibus occulte, ut spiritus tenues, morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium vel hostiis pecudum sagi-

et aliquos casus acerbos, animae vero repentinos et extraordinarios per vim excessus. Subpetit illis ad utramque substantiam hominis adeundam mira subtilitas et tenuitas sua. 5 Multum spiritalibus viribus licet, ut invisibiles et insensibiles in effectu potius quam in actu suo adpareant, si poma, si fruges nescio quod aurae latens vitium in flore praecipitat, in germine exanimat, in pubertate convulnerat, ac si caeca ratione temptatus aër pestilentes haustus suos obfundit. 6 Eadem igitur obscuritate contagionis adspiratio daemonum et angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus et amentiis foedis aut saevis libidinibus cum erroribus variis, quorum iste potissimus, quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus commendat, ut et sibi pabula propria nidoris et sanguinis curet simulacris et imaginibus oblata. 7 Et quae illis adcuratior pascua est quam hominem a recogitatu verae divinitatis avertant praestigiis falsae divinationis? Quas et ipsas quomodo operentur expediam.

8 Omnis spiritus ales est: hoc angeli et daemones. Igitur momento ubique sunt. Totus orbis illis locus unus est; quid ubi geratur tam facile sciunt quam adnuntiant. Velocitas divinitas creditur, quia sub-

3 ad eundem BLM mira F *om. V* 4 affectu DEGLM 5 apparent LM 5 latentis F 6 examinat BL 7 effundit DL *Rhen. Gel.* 9 aut] ac D *edd.* 10 cum V et F *Wal.* 11 eos ipsos *edd.* hominum *om.* F *Wal. cf. Lact. div. inst. 2, 16, 5 (168, 4 B)* commedat PD 12 curet F *Wal. Col. Löfst. II 47* procuret V simulacris et imaginibus *incl. Col.* et *om.* V *sed cf. c. 29, 2; quod idola d. n. s. 7 (24, 7 H)* sub statuis atque imaginibus consecratis delitescunt; *Min. Fel. 27, 1; Lact. div. inst. 2, 16, 3 (167, 11 B); praef. 9.* 13 oblata *om.* F immolata E illis F illi V *edd.* quam V quod E nisi ut F quam ut *Herald. Rig. cf. Schmalz-Hofmann § 295, 1 d* 14 a recogitatu F e (et B) cogitatu PBDGM *edd.* e cogitatum L a cogitatu E avertant F avertat V *edd.* praestrig. F a praestr. V falsae divinationis F falsis V *cf. p. 96, 5 sq. Lact. div. inst. 2, 16, 2 (167, 9 B)* ita hominum credulitatem mentita divinitate deludunt; *epit. 23, 7 (696, 18 B)* 15 operentur F operetur E *edd.* oportet L ut operetur V 16 et angeli F *Wal. Col.* 17 ubi FV igitur E ubique *Rhen. Gel. Pam.* 18 enuntiant D *edd.*

nati, remissis, quae constrinxerant, curasse videantur. Cypr. quod idola d. n. s. 7. Lact. div. inst. 2, 14, 14 qui quoniam spiritus sunt tenues et inconprehensibiles, insinuant se corporibus hominum et occulte in visceribus operati valetudinem vitiant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

10 sq. Lact. div. inst. 2, 16, 5 ut errores humanis pectoribus offundant, serunt ac miscent falsa cum veris. ipsi enim caelestes multos esse finxerunt. 10 eduntque saepe prodigia, quibus obstupefacti homines fidem commodent simulacris divinitatis ac numinis.

12 sq. 1. Cor. 10, 20; Orig. c. Celsum 3, 29 *καὶ οὐκ ἐδόκει τοῦτο τῇ λιχνείᾳ τῶν φιλοσωμάτων δαιμόνων καὶ τῶν νομιζόντων αὐτοὺς θεοὺς εἶναι λυσιτελές, διὰ τοῦθ' οἱ μὲν ἐπὶ γῆς δαίμονες, παρὰ τοῖς μὴ παιδευθεῖσι περὶ δαιμόνων νομιζόμενοι εἶναι θεοί, ἀλλὰ καὶ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς ἐβουλήθησαν κωλῦσαι τὴν νομὴν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας· ἑώρων γὰρ τὰς λοιβὰς καὶ τὰς κνίσσας, ἐφ' αἷς λίχνως ἥδοντο, καθαιρουμένας ἐκ τοῦ κρατεῖν τὰ Ἰησοῦ μαθήματα.* Athenag. suppl. 27 *οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς κνίσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες, ἀπατηλοὶ δὲ ἀνθρώπων.*

13 sq. Cypr. quod idol. d. n. s. 7 nec aliud studium est quam a deo homines avocare et ad superstitionem sui ab intellectu verae religionis avertere.

stantia ignoratur. Sic et auctores interdum videri volunt eorum, quae adnuntiant. 9 Et sunt plane malorum nonnumquam, bonorum tamen numquam. Dispositiones etiam dei et tunc prophetis contionantibus exceperunt et nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita et hinc sumentes quasdam temporum sortes aemulantur divinitatem, dum furantur divinationem. 10 In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in eventus, sciunt Croesi, sciunt Pyrrhi. Ceterum testudinem decoqui cum carnibus pecudis Pythius eo modo renuntiavit, quo supra diximus; momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aëris et de vicinia siderum et de commercio nubium caelestes sapere paraturas, ut et pluvias, quas iam sentiunt, repromittant. 11 Benefici plane et circa curas valetudinum. Laedunt enim primo, dehinc remedia praecipiunt ad miraculum nova sive contraria, post quae desinunt laedere, et curasse creduntur. 12 Quid ergo de ceteris ingeniis vel etiam viribus fallaciae spiritalis edisseram, dum oracula profitetur, dum miracula

---

3 tunc FV nunc D *Rhen. Gel. Pam.* 4 exceperunt F excerpunt V 7 eventum FL *Wal.* 8 pecoris F *Wal.* pecudum E denuntiavit ELM 9 fuerant F *Col.* habent E *edd.* habentes F habens V 11 venefici F *Col.* 12 curas V medicinas F *Wal. Col.* 13 postquam DE *Rhen. Gel.* definiunt LM 15 dum oracula profitetur dum miracula exercet *om.* V

---

1 sqq. Lact. div. inst. 2, 16, 13 in oraculis autem vel maxime fallunt, quorum praestrigias profani a veritate intellegere non possunt, ideoque ab ipsis adtribui putant et imperia et victorias et opes et eventus prosperos rerum, denique ipsorum nutu saepe publicam periculis inminentibus liberatam, quae pericula et responsis denuntiaverint et sacrificiis placati averterint. sed omnia ista fallaciae sunt. nam cum dispositiones dei praesentiant, quippe qui ministri eius fuerunt, interponunt se in his rebus, ut quaecumque a deo vel facta sunt vel fiunt, ipsi potissimum facere aut fecisse videantur, et quotiens alicui populo vel urbi secundum dei statutum boni quid inpendet, illi se id facturos vel prodigiis vel somniis vel oraculis pollicentur.

7 Herod. 1, 47: Croeso oraculum consulenti, quid ipse ageret in Lydia Pythia respondit hexametris *Ὀδμή μ᾽ ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ᾽ ἀρνείοισι κρέεσσιν, Ἧι χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ᾽ ἐπίεσται.* 1, 53 *οἱ μὲν ταῦτα ἐπειρώτων, τῶν δὲ μαντηίων ἀμφοτέρων ἐς τὠυτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον, προλέγουσαι Κροίσῳ, ἢν στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχήν μιν καταλύσειν.*

Cic. de div. 2, 56, 116 quis enim est, qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum: „Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse?"

9 sq. Athenag. suppl. 25 *οὗτοι τοίνυν οἱ ἄγγελοι οἱ ἐκπεσόντες τῶν οὐρανῶν, περὶ τὸν ἀέρα ἔχοντες καὶ τὴν γῆν.*

11 sqq. Min. Fel. 27, 1 sqq. dum inspirant interim vatibus, dum fanis inmorantur, dum nonnumquam extorum fibras animant, avium volatus gubernant, sortes regunt . . . morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut . . . remissis, quae constrinxerant, curasse videantur . . . de ipsis etiam illa, quae paulo ante (7, 3) tibi dicta sunt, ut Juppiter ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores viderentur, ut cingulum matronae navicula sequeretur. Cypr. quod idola d. n. s. 7. Lact. div. inst. 2, 15, 1 prodesse enim putant eos, cum nocere desinunt, qui nihil possunt aliut quam nocere. Tatian ad Graec. 18 *οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινων ἐπιφοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δι᾽ ὀνείρων τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προιέναι κελεύσαντες πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκωμίων ἀπολαύσωσιν, ἀποπτάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράφοντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν.*

exercet phantasmata Castorum et aquam cribro gestatam et navem cingulo promotam et barbam tactu inrufatam, ut numina lapides crederentur, ut deus verus non quaereretur?

XXIII. Porro si et magi phantasmata edunt et iam defunctorum infamant animas, si pueros in eloquium oraculi elidunt, si multa miracula

3 ut deus V et deus D *edd.* nec deus E quaereretur V crederetur E quae effecerint F *cf. praef. 13, 21* 4 XXIII de fantasmatibus magiae et daemoniis. Porro V et si ELM 5 infamant FV inclamant *edd.* edunt F eliciunt *edd.*

1 Cic. de div. 2, 2, 6 idque evenit non temere nec casu sed quod et et praesentes saepe di vim suam declarant, ut et apud Regillum bello Latinorum, cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamillio Tusculano proelio dimicaret, in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt, et recentiore memoria idem Tyndaridae Persem victum nuntiaverunt. 3, 5, 11; Tusc. 1, 12, 28; Val. Max. 1, 8, 1. Val. Max. 8, 1 absol. 5 eodem auxilii genere Tucciae virginis Vestalis incesti criminis reae castitas infamiae nube obscurata emersit. quae conscientia certa sinceritatis suae spem salutis ancipiti argumento ausa petere est: arrepto enim cribro „Vesta" inquit, „si sacris tuis castas semper admovi manus, effice ut hoc hauriam e Tiberi aquam et in aedem tuam perferam", audaciter et temere iactis votis sacerdotis rerum ipsa natura cessit. Plin. n. h. 28, 2, 12 extat Tucciae Vestalis incesti deprecatio qua usa aquam in cribro tulit anno urbis DXVIIII. Aug. civ. dei 10, 16.

1 sq. Liv. 29, 14 narrat anno 204 a. Chr. n. matrem Idaeam ex Phrygia Romam advectam esse et P. Cornelium Scipionem ei Ostiam obviam ire iussum esse. „postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessit, sicut erat iussus, in salum nave evectus ab sacerdotibus deam accepit extulitque in terram. matronae primores civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae insigne est nomen, accepere; cui dubia, ut traditur, antea fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. eae per manus succedentes deinde aliae aliis, omni obviam effusa civitate . . . precantes, ut volens propitiaque urbem Romanam iniret, in aedem Victoriae, quae est in Palatio, pertulere deam". Ovid. fast. 4, 295 sqq.; Aug. civ. dei 10, 16 quod navem, qua simulacrum matris Phrygiae vehebatur, tantis hominum boumque conatibus inmobilem redditam una muliercula zona alligatam ad suae pudicitiae testimonium movit et traxit. Arnob. 7, 49.

2 Suet. Nero 1, 1 L. Domitium (Ahenobarbum), cui rure quondam revertenti iuvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum aerique adsimilem capillum redderent. quod insigne mansit et in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt.

5 an. 57 (391, 15 RW) publica iam litteratura est quae animas etiam iusta aetate sopitas, etiam proba morte disiunctas, etiam prompta humatione dispunctas evocaturam se ab inferum incolatu pollicetur. Lact. div. inst. 7, 13, 7 qui profecto non auderent de interitu animarum mago aliquo praesente disserere, qui sciret certis carminibus cieri ab inferis animas et adesse et praebere se humanis oculis videndas et loqui et futura praedicere, et si auderent, re ipsa et documentis praesentibus vincerentur. Justin. apol. 1, 18, 3 *νεκυιομαντεῖαι μὲν γὰρ καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐνοπτεύσεις καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι.* Orig. c. Cels. 1, 68 *τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων ἀπὸ Αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα, ἐν μέσαις ἀγοραῖς ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδομένων τὰ σεμνὰ μαθήματα καὶ δαίμονας ἀπὸ ἀνθρώπων ἐξελαυνόντων καὶ νόσους ἀποφυσώντων καὶ ψυχὰς ἡρώων ἀνακαλούντων δεῖπνα τε πολυτελῆ καὶ ὄψα τὰ οὐκ ὄντα δεικνύντων καὶ ὡς ζῷα κινούντων οὐκ ἀληθῶς ὄντα ζῷα ἀλλὰ μέχρι φαντασίας φαινόμενα τοιαῦτα.* Euseb. h. e. 7, 10, 4 *τελετὰς ἀνάγνους καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττειν καὶ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν καὶ σπλάγχνα νεογενῆ διαιρεῖν καὶ τὰ τοῦ θεοῦ διακόπτειν καὶ καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτων εὐδαιμονήσοντας.* 8, 14, 5 de Maxentio: *ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς ἐπὶ γοητείαν ἤλαυνε . . . νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου.*

circulatoriis praestigiis ludunt, si et somnia inmittunt, habentes semel invitatorum angelorum et daemonum adsistentem sibi potestatem per quos et caprae et mensae divinare consuerunt: quanto magis ea potestas de suo arbitrio et pro suo negotio studeat totis viribus operari, quod alienae praestat negotiationi? 2 Aut si eadem et angeli et daemones operantur, quae et dei vestri, ubi est ergo praecellentia divinitatis, quam utique superiorem omni potestate credendum est? Non ergo dignius praesumetur ipsos esse, qui se deos faciant, cum eadem edant, quae faciant deos credi, quam pares angelis et daemonibus deos esse? 3 Locorum differentia distinguitur, opinor, ut in templis deos existimetis, quos alibi deos non dicitis; ut aliter dementire videatur qui sacras turres pervolat, aliter qui tecta viciniae transilit; et alia vis pronuntietur in eo, qui genitalia vel lacertos, alia in eo qui sibi gulam prosecat. Compar exitus furoris, et una ratio est instigationis.

---

5 aut FV at *Wal.* 7 quam . . . superiorem . . . credendum V quae . . . superior . . . credenda F 9 angeli F daemones F 10 distinguit F *Rau. Wal. Col.* in F *Rau. Wal. Col.* a V 11 aestimetis E *Rig.* 13 in eo *(alter.)* F *om.* V 14 galam F prosecat F *edd.* prosectam V perfectam L laceratam E conpar] cum par DE *Rhen.* compara FPBM compera L comparet E

---

1 Min. Fel. 26, 10 quicquid miraculi ludunt (magi), per daemonas faciunt. — 27, 2 somnos inquietant. Lact. div. inst. 2, 14, 14 somniis animos terrent. Justin. apol. 1, 18, 3 *οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποί.*

2 adsistentem: Min. Fel. 26, 9 ad nutum et arbitrium adsidentis sibi daemonis. Euseb. h. e. 4, 7, 9 *παρέδροις τισὶ δαίμοσι.* — praep. ev. 2, 3, 5 *συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας αἶγες αἱ ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι καὶ κόρακες ἀνθρώποις χρᾶν ὑπ᾽ ἀνθρώπων διδασκόμενοι.* Rufin. h. e. 2, 14, 5 utens adminiculo adsidentis sibi et adhaerentis daemonicae virtutis, quam *πάρεδρον* vocant. Sulp. Sev. dial. 3, 8 quod intellexerit egisse se semper assidentis sibi daemonis voluntatem.

3 Amm. Marc. 29, 1, 29 construximus, inquit, magnifici iudices, ad cortinae similitudinem Delphicae diris auspiciis de laureis virgulis infaustam hanc mensulam, quam videtis, et inprecationibus carminum secretorum choragiisque multis ac diuturnis ritualiter consecratam movimus tandem; movendi autem, quotiens super rebus arcanis consulebatur, erat inquisitio talis . . .

5 sqq. Justin. apol. 1, 5, 2 *μὴ ἐπιστάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλους θεοὺς προσωνόμαζον.* Min. Fel. 26, 6 ipse Saturnus et Serapis et Juppiter et quicquid daemonum colitis, victi dolore quod sunt (i. e. daemones) eloquuntur . . . ipsis testibus esse eos daemonas fassis, de se verum confitentibus credite.

Lact. div. inst. 4, 27, 10 quod si esse et malos esse infitias non eunt, quid superest nisi ut alios esse dicant deos, alios daemonas? exponant igitur nobis differentiam generis utriusque, ut sciamus quid colendum, quid exsecrandum sit, habeantne inter se aliquod consortium an vero inimici sint. si sunt aliqua necessitudine copulati, quatenus eos discernemus aut quomodo utriusque generis honorem cultumque non miscebimus? si autem sunt inimici, cur aut daemones deos non timent aut dii daemonas fugare non possunt? . . . quae igitur vis deorum est, si subiectos sibi daemonas non habent? . . . quae ratio est ut Christum timeant, Jovem non timeant, nisi quod idem sunt daemones quos vulgus deos esse opinatur? . . . ergo idem sunt daemones quos fatentur exsecrandos esse, idem dii, quibus supplicant.

13 cf. c. 9, 10; 25, 5. Lact. div. inst. 1, 21, 16 ab isto genere sacrorum non minoris insaniae iudicanda sunt publica illa sacra, quorum alia sunt Matris, in quibus homines suis ipsi virilibus litant (amputato enim sexu nec viros se nec feminas

4 Sed hactenus verba; iam hinc demonstratio rei ipsius, qua ostendemus, unam esse utriusque nominis qualitatem. Edatur hic aliqui ibidem sub tribunali vestro, quem daemone agi constet; iussus a quolibet christiano loqui spiritus ille tam se daemonem confitebitur, ⟨quod⟩ in vero est, quam alibi deum, quod in falso est. 5 Aeque producatur aliquis ex his, qui de deo pati existimantur, qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructuando curantur, qui anhelando praefantur. 6 Ista ipsa Virgo Caelestis, pluviarum pollicitatrix, ipse iste

---

1 qua D *edd.* quam V 2 aliqui *om.* F 3 ibidem *om.* D *edd.* tribunali vestro F *Wal.* tribunalibus vestris V angi *Rhen.* 4 loqui se LM 4 quod in vero est *Löfst. I 99* in vero est F de vero V *cf. de anima 57 (392, 14 RW)* id quod in vero est invitus confitetur; *Hoppe I 100* 5 deum FDEG *edd.* dominum PBLM quod in falso est F de falso V 6 existimatur DE inhalantibus F inalentes DLM inhiantes E 7 profantur D *edd.* 8 iste ipse DE *edd.* ipse ille L

---

faciunt), alia Virtutis, quam eandem Belonam vocant, in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo sanguine sacrificant. sectis namque umeris et utraque manu destrictos gladios exerentes currunt ecferuntur insaniunt. Commodian. 1, 17, 6 vidistis saepe Duellonarios, quali fragore Luxurias ineunt, dum furias fingere quaerunt, Aut cum dorsa sua allidunt parca bipinne, Cum doctrina sua cernant, quod cruore sanent. Min. Fel. 27, 3 hi sunt et furentes, quos in publicum videtis excurrere, vates et ipsi absque templo, sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur; par et in illis instigatio daemonis, sed argumentum dispar furoris. Athenag. suppl. 26 *οἱ μὲν γὰρ ἀποτέμνουσι τὰ αἰδοῖα, οἱ περὶ τὴν Ῥέαν, οἱ δὲ ἐγκόπτουσιν ἢ ἐντέμνουσιν, οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν.*

3 sqq. Min. Fel. 27, 5 haec omnia sciunt plerique pars vestrum ipsos daemonas de semetipsis confiteri, quotiens a nobis tormentis verborum et orationis incendiis de corporibus exiguntur . . . cf. ad § 2. Cypr. quod idola d. n. s. 7; ad Demetr. 15 o si audire eos velis et videre, quando adiurantur a nobis, torquentur spiritalibus flagris et verborum tormentis de obsessis corporibus eiciuntur . . . Lact. div. inst. 4, 27, 16 illi enim nequissimi spiritus ubi adiurantur, ibi se daemonas confitentur, ubi coluntur, ibi se deos mentiuntur. Orig. c. Cels. 7, 4 *τὸ τῶν δαιμόνων γένος, οὓς οὐκ ὀλίγοι Χριστιανῶν ἀπελαύνουσι τῶν πασχόντων σὺν οὐδενὶ περιέργῳ καὶ μαγικῷ ἢ φαρμακευτικῷ πράγματι ἀλλὰ μόνῃ εὐχῇ καὶ ὁρκώσεσιν ἁπλουστέραις . . . ὡς ἐπίπαν γὰρ ἰδιῶται τὸ τοιοῦτον πράττουσι.* Theoph. ad Autol. 2, 8 *οἱ δαιμονῶντες ἐξοργίζονται κατὰ τοῦ ὀνόματος θεοῦ καὶ ὁμολογεῖ αὐτὰ τὰ πλάνα πνεύματα εἶναι δαίμονες.*

4 sq. Lact. div. inst. 4, 27, 15 credant . . . poetis ac philosophis, qui eosdem modo daemonas, modo deos nuncupant, quorum alterum verum, alterum falsum est.

6 Verg. Aen. 6, 77 at Phoebi nondum patiens. Lact. div. inst. 4, 27, 14 is quem constat incursum daemonis perpeti. Eiusmodi homines Graeci vocabant *θεολήπτους, ἐνθουσιαστικούς.*

7 Isid. etym. 8, 9, 15 arioli vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt iisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt. Verg. Aen. 4, 474 ubi concepit furias.

Apul. met. 8, 27 inter haec unus ex illis bacchatur effusius ac de imis praecordiis anhelitus crebros referens velut numinis divino spiritu repletus simulabat sauciam vecordiam, quasi deum praesentia soleant homines non sui fieri meliores, sed debiles effici vel aegroti.

8 Jul. Capitol. vita Opil. Macrini 3, 1 vates Caelestis apud Carthaginem, quae dea repleta solet vera canere. — Juno vel Virgo Caelestis (Aug. civ. dei 2, 4), cui etiam nomen Uraniae erat, eadem atque Astarte Phoenicum, in nummis Carthaginiensibus ficta est leoni insidens fulmenque dextra, sinistra lancem gestans. Ipsa de se apud Apul. met. 11, 5 dicit: „en adsum tuis commota, Luci, precibus, rerum naturae parens, elementorum omnium domina . . . quae caeli luminosa culmina, maris salubria flamina, inferum deplorata silentia nutibus meis dispenso."

Aesculapius, medicinarum demonstrator, alia die morituris scordio et panacea et asclepiodoto vitae subministrator, nisi se daemonas confessi fuerint, christiano mentiri non audentes, ibidem illius christiani procacissimi sanguinem fundite!

7 Quid isto opere manifestius? Quid hac probatione fidelius? Simplicitas veritatis in medio est, virtus illi sua adsistit; nihil suspicari licebit. Magia aut aliqua eiusmodi fallacia fieri dicetis, si oculi vestri et aures permiserint vobis. 8 Quid autem inici potest adversus id, quod ostenditur nuda sinceritate? Si altera parte vere dei sunt, cur sese daemonas mentiuntur? an ut nobis obsequantur? Iam ergo subiecta est christianis divinitas vestra; nec utique divinitas deputanda est, quae subdita est homini, etsi quid ad dedecus facit aemulo suo. 9 Si altera parte daemones sunt vel angeli, cur se alibi pro deis agere respondent? Nam sicut illi, qui dei habentur, daemonas se dicere noluissent, si vere dei essent, scilicet ne se de maiestate deponerent, ita et isti, quos directo daemonas nostis, non auderent alibi pro deis agere,

1 Aescopius F demonstrator *om.* F scordio *scripsi praeeunte Kellner* socordio FV socrodio L panacea *scripsi* tanatio F denato V Socordio et Tenatio et Asclepiodoto *adhuc omnes* 2 vitae *om.* V subministrator F sumministratur V sumministraturi *Oehl.* daemonas F daemones V 7 magica LM dicetis F dicitis (*vel* dictis) non dicetis V *cf. praef. 15* dictis non stetis *edd.* 8 inniti DG *edd.* incipi BLM 10 daemonas F daemonia V 11 est *om. edd.* utique F *om.* V 12 aemulo suo F aemulis suis V *Col.* 15 ne de maiestate se (se *om.* E) DE *edd.* ne sedem maiestatis L 16 directe daemones EL

1 Quae tradita sunt servantes plerique his tribus nominibus tres homines indicari arbitrabantur a Virgine Caelesti et Aesculapio daemonibus at mortem usque vexatos, quibus daemones promissisent aliam sese mortis diem eis subministare velle, si se daemonas esse non confessi fuerint; neque tamen eos christiano adiuranti mentiri ausos esse. Kellner recte ea nomina herbarum salutarium interpretabatur et „scordio" saltem legi volebat. de scordio cf. Plin. n. h. 25, 27; panaceae plura erant genera (Plin. n. h. 25, 11), in quibus asclepion.

Arnob. 1, 48 (32, 14 R) quid simile dii omnes, a quibus opem dicitis aegris et periclitantibus latam? qui si quando ut fama est nonnullis attribuere medicinam aut cibum aliquem iusserunt aut qualitatis alicuius ebibi potionem aut herbarum et graminum sucos superponere inquietantibus causis ... quot milia vultis a nobis debilium vobis ostendi, quot tabificis adfectos morbis nullam omnino rettulisse medicinam, cum ... Aesculapium ipsum datorem ut praedicant sanitatis, quoad illis superfuit vita, et precibus fatigarent et invitarent miserrimis votis? nonne alios scimus malis suis commortuos?

alia die morituris scl. quamquam eis ab Aesculapio medicina paratur.

3 Lact. div. inst. 2, 15, 3 quia nec deo per quem adiurantur nec iustis quorum voce torquentur mentiri possunt.

5 Lact. div. inst. 4, 27, 18 qui error (de daemonibus) discuti potest et in lucem veritas protrahi ... 20 quid hac probatione certius proferri potest?

7 an. 57 (391, 18 RW) quid ergo dicemus magiam? quod omnes paene, fallaciam.

9 sqq. Lact. div. inst. 21, 15, 3 iustos autem id est cultores dei metuunt, cuius nomine adiurati de corporibus excedunt: quorum verbis tamquam flagris verberati non modo daemonas esse se confitentur, sed etiam nomina sua edunt, illa quae in templis adorantur. quod plerumque coram cultoribus suis faciunt, non utique in obprobrium religionis, sed honoris sui, quia nec deo per quem adiurantur nec iustis quorum voce torquentur mentiri possunt.

si aliqui omnino dei essent, quorum nominibus utuntur; vererentur enim abuti maiestatem superiorum sine dubio et timendorum. 10 Adeo nulla est divinitas ista, quam tenetis, quia si esset, neque a daemoniis adfectaretur in confessione neque a deis negaretur. Cum ergo utraque pars concurrit in confessionem deos esse se negans, agnoscite unum genus esse, id est daemonas, utrobique.

11 Iam deos quaerite; quos enim praesumpseratis deos esse, iam daemonas esse cognoscitis. Eadem vero opera nostra ab eisdem deis vestris non tantum hoc detegentibus, quod neque ipsi dei sint neque ulli alii, etiam illud in continenti cognoscitis, qui sit vere deus, et an ille et an unicus, quem christiani profitemur, et an ita credendus colendusque, ut fides et disciplina disposita est christianorum. 12 Dicent ibidem et „quis ille Christus cum sua fabula?", si homo communis condicionis, si magus, si post crucem de sepulcro a discipulis subreptus, si nunc denique penes inferos, si non in caelis potius et inde venturus cum totius mundi motu, cum orbis horrore, cum planctu omnium, sed non christianorum, ut dei virtus et dei spiritus et sermo et sapientia et ratio et dei filius et dei omnia. 13 Quodcumque ridetis, rideant et illi vobiscum; negent Christum omnem ab aevo animam restituto corpore iudicaturum; dicant [hoc pro tribunali], si forte, Minoën et

2 maiestatem PBM maiestate *rell.* superiorum FL superiorem V 4 adfectaretur FV effectaretur BM neque in conf. F 5 se F *om.* V *Rau.* 6 verum utrobique V verum *om.* F *cf. praef. 15* 7 deos esse iam F *om.* V *Rau. Col.* 10 cognoscetis F *Wal.* qui E quid PBDLM 12 et F ut V dicentibus nobis idem F 14 magnus DG crucem F mortem V 15 si nunc V sine hunc F ocius F 16 horrore orbis D *edd.* horroris horrore E 17 sed FPEG si DLM et sermo et sapientia *om.* F *Wal.* 18 et ... et V ut ... ut F et dei ratio *Wal.* ut dei filius *Wal.* et dei omnia F *om.* V *cf. de carne Chr. 19 (I 456 Oehl.)* quia verbum dei et cum verbo dei spiritus et in spiritu dei virtus et quidquid dei est Christus; *Thörnell, Eranos 16 (1916) 137* 19 ab aevo] abebo B habebo PLM ab eo E 20 hoc pro tribunali V hoc tribunali F *Wal.* huic tribunali *Rau.* hoc tribunalis *Löfst. I 100* hoc tribunal *Col.; ipse seclusi cf. praef. 12*

13 sq. cf. c. 21, 14.

13 adv. Marc. 1, 7 (436, 6 K) exclamant ibidem spiritus daemonis: Quid nobis et tibi est, Jesu? venisti perdere nos. scio qui sis, Sanctus dei; 1, 8 (438, 27) itaque spiritus nequam ... cum testimonio excedebant vociferantes: tu es filius dei.

14 magus: cf. c. 21, 3. 17. 22.

de res. carn. 47 (95, 22 K) nec crucem Christi caro nostra perpessa est; adv. Marc. 5, 5 (587, 3 K) crux et mors dei; 2, 27 (373, 6 K) ut morti subiceretur et morti crucis.

17 sq. de praescr. 43, 5 ubi metus in deum, ibi gravitas honesta et ... ecclesia unita et dei omnia. Cypr. quod idola d. n. s. 11 sermo et filius dei mittitur, qui per prophetas omnes retro inluminator et deductor humani generis praedicatur. hic est virtus dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria.

20 cf. c. 47, 12, unde „tribunal" glossa petita est. ad nat. 1, 19 (91, 18 RW) item iudicium annuntiamus a deo pro cuiusque meritis post interitum destinatum. id vos Minoi et Radamantho adscribitis. spect. 30 (29, 5 RW) etiam poetas non ad Radamanthi nec ad Minonis, sed inopinati Christi tribunal pulpitantes? Lact. div. inst. 7, 22, 5 nam cum prophetae adsiduis contionibus praedicarent iudicaturum esse de mortuis filium dei et haec adnuntiatio non lateret, quoniam rec-

Rhadamanthum secundum consensum Platonis et poëtarum hoc esse sortitos. [14] Suae saltim ignominiae et damnationis notam refutent; renuant se inmundos spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum, sanguine et fumo et putidis rogis pecorum, et inpuratissimis linguis ipsorum vatum intelligi debuit; renuant ob malitiam praedamnatos se in eundem iudicii diem cum omnibus cultoribus et operationibus suis.

[15] Atquin omnis haec nostra in illos dominatio et potestas de nominatione Christi valet et de commemoratione eorum, quae sibi a deo per arbitrum Christum inminentia exspectant. Christum timentes in deo et deum in Christo subiciuntur servis dei et Christi. [16] Ita de contactu deque adflatu nostro, contemplatione et repraesentatione ignis illius conrepti etiam de corporibus nostro imperio excedunt inviti et dolentes et vobis praesentibus erubescentes. Credite illis, cum verum de se locuntur, qui mentientibus creditis. [17] Nemo ad suum dedecus

---

1 hoc esse V esse F 2 notant F | 3 renuant F renuntiant V renuntient EL *edd.* 4 rogiis PB rogus M 5 renundant G remittant L 6 operatoribus *edd. Wal.* 7 atqui G *edd.* dominatione F 8 de *om.* LM 9 arbitrium M 11 affatu M 13 verum *om.* D *Rhen. 1 Gel. Herald.* 14 mentibus M

---

torem caeli deum non alium putabant esse quam Jovem, iudicare aput inferos Jovis filium tradiderunt, sed tamen non Apollinem aut Liberum aut Mercurium, qui caelestes putantur, sed eum, qui et mortalis fuerit et iustus, vel Minoem vel Aeacum vel Rhadamanthum. Justin. apol. 1, 8, 4 *Πλάτων δ' ὁμοίως ἔφη Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας· ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμά φαμεν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, κἂν τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων.* Tatian. or. ad Graec. 6 *δικάζουσι δὲ ἡμῖν οὐ Μίνως οὐδὲ Ῥαδάμανθυς, ὧν πρὸ τῆς τελευτῆς οὐδεμία τῶν ψυχῶν, ὡς μυθολογοῦσιν, ἐκρίνετο, δοκιμασθὴς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς θεὸς γίνεται.* 25.

3 sq. cf. c. 22, 6/7.

5 Min. Fel. 35, 2 destinatam enim sibi cum suis cultoribus poenam praescius perhorrescit (Juppiter). Non. p. 523, 9 operari est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare.

7 sq. Acta apost. 16, 18 (Paulus) conversus spiritui dixit: praecipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea, et exiit eadem hora. Justin. apol. 2, 6, 6 *δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς . . . πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων, τῶν Χριστιανῶν, ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου . . . ἰάσαντο καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας.* Dial. c. Tryph. 85 *κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τούτου τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ . . . πᾶν δαιμόνιον ἐξορκιζόμενον νικᾶται καὶ ὑποτάσσεται.* Min. Fel. 27, 7 adiurati enim per deum verum et solum inviti miseri corporibus inhorrescunt vel exiliunt statim vel evanescunt gradatim. Lact. 4, 27, 2 sectatores eius (Christi) eosdem spiritus inquinatos de hominibus et nomine magistri sui et signo passionis excludunt. 5, 21, 4 fugitant iustos et pavent, et cum corpora hominum occupant animasque divexant, adiurantur ab iis et nomine dei veri fugantur. Arnob. 1, 46 (31, 6 R) cuius nomen auditum fugat noxios spiritus.

11 sq. Matth. 25, 41 discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. — Min. Fel. 27, 7; cf. § 15.

13 sq. Min. Fel. 27, 7 ipsis testibus esse eos daemonas fassis, de se verum confitentibus credite. — mentientibus scl. se deos esse. Cypr. ad Demetr. 15 vel ipsis crede, quos colis. cf. § 8 sq.

mentitur, quin potius ad honorem. Magis fides proxima est adversus semetipsos confitentes quam pro semetipsis negantes.

18 Haec denique testimonia deorum vestrorum christianos facere consuerunt; quam plurimum illis credendo per Christum et in deum credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostrae fidentiam aedificant. 19 Colitis illos, quod sciam, etiam de sanguine christianorum. Nollent utique vos tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne a vobis quandoque christianis fugentur, si illis sub christiano, volente vobis veritatem probare, mentiri liceret.

XXIV. Omnis ista confessio illorum, qua se deos negant esse quaque non alium deum respondent praeter unum, cui nos mancipamur, satis idonea est ad depellendum crimen laesae publicae et maxime Romanae religionis. Si enim non sunt dei pro certo, nec religio pro certo est; si religio non est, quia nec dei pro certo, nec nos pro certo rei sumus laesae religionis. 2 At e contrario in vos exprobratio resultabit, qui mendacium colentes veram religionem veri dei non modo neglegendo, quin insuper expugnando, in verum committitis crimen verae inreligiositatis.

3 Nunc ut constaret illos deos esse, nonne concederetis de aestimatione communi aliquem esse sublimiorem et potentiorem, velut principem mundi perfectae maiestatis? Nam et sic plerique disponunt

---

1 quin V sed F *cf. c. 24, 2* prona *edd.* 4 consueverunt DEL *edd.* quam] quia *edd.* per (in *Col.*) Christum et in deum F *Rau. Wal. Col. Heinze 403; cf. c. 21, 28* in Christo domino V in Christo deum credimus *Thörnell 103* 6 fiduciam G *Rhen. Gel.* quod — sanguine] quod scientia etiam de sanguine L qui sitiunt sanguinem E 7 utique *Col.* itaque V ubique F *Wal.* 8 a christianis PBELM 9 luceret M non liceret E 10 quoque EL quamquam D 12 publicae et F *om.* V *sed cf. Lact. div. inst. 1, 20, 1 (72, 5 B)* venio nunc ad proprias Romanorum religiones, quoniam de communibus dixi; *1, 11, 49 (45, 14 B)* summum caput religionum publicarum; *de ira 11, 9 (II 96, 12 B)* dissolvit publicas religiones; *de mort. 11, 6 (II 185, 24 B)* Christianos odio inimicos deorum et hostes religionum publicarum tollendos esse censuerunt. 14 nos pro certo *om.* M nos *om.* D *edd.* pro certo *incl. Col.* 15 exultatio M re ista resultabit F resultavit V ista resultabit *Rau. Wal. Col. cf. praef. 15* 18 religiositatis FLM 19 concederetis F conceditis V 21 potentiae et maiestatis E peritiae maiestatis PBDGLM peritiae et maiestatis *edd. Col. cf. praef. 15*

---

1 Lact. div. inst. 2, 15, 3 non modo daemonas esse se confitentur, sed etiam nomina sua edunt, illa quae in templis adorantur. ... quod plerumque coram cultoribus suis faciunt, non utique in obprobrium religionis, sed honoris sui, quia nec deo ... mentiri possunt.

de idol. 11 (42, 10 RW) ecce magis proximum praeiudicium. ad nat. 2, 12 (120, 17 RW) si qua ergo vel vestris scriptoribus litterisve vestris superioribus, sed idcirco magis proximis quoniam illius aetatis, fides adiacet.

4 cf. c. 21, 8; 23, 15.

6 Scap. 5 (I 550 Oehl.) nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum caedi videtur.

7 Justin. apol. 1, 14, 1 *ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας καὶ ποτὲ μὲν δι᾿ ὀνείρων ἐπιφανείας, ποτὲ δ᾿ αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς οὐκ ἔσθ᾿ ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους.*

divinitatem, ut imperium summae dominationis esse penes unum, officia vero eius penes multos velint, ut Plato Iovem magnum in caelo comitatum exercitu describit deorum pariter et daemonum. 4 Itaque oportere et procurantes et praefectos et praesides pariter suspici. Et tamen quod facinus admittit qui magis ad Caesarem promerendum et operam et spem suam transfert nec adpellationem dei ita ut imperatoris in alio quam principe confitetur, cum capitale esse iudicetur, alium praeter Caesarem et dicere et audire? 5 Colat alius deum, alius Iovem; alius ad caelum manus supplices tendat, alius ad aram Fidei manus, alius nubes numeret orans, alius lacunaria; alius suam animam deo suo voveat, alius hirci. 6 Videte enim, ne et hoc ad inreligiositatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis et interdicere optione divinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, sed cogar colere quem nolim. Nemo se ab invito coli volet, ne homo quidem.

7 Atque adeo et Aegyptiis permissa est tam vanae superstitionis

1 divinationis ELM 2 vero *om.* V 4 suscipi DG *Rhen.* suspicari F 6 operam DE *edd.* opera PBGLM 7 alio quam *Haverc.* aliquo EL aliquam P aliquem DG *Rhen. Herald.* aliqui BM principem DGM *Rhen. Herald.* capitalis F 9 fidei *Gel. Pam. Herald. Rig.* fidiae V fidem F 10 alius si hoc putatis V numerat ELM 11 alias hircum F eulogium BDELM 12 optione F optionem V 14 vellet *edd.* 15 ideo DG *Rhen. Herald. Rig.*

1 sqq. Plat. Phaedr. 246 E *ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς, ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμένη.* Max. Tyr. 32, 7; 10, 4; Arnob. 3, 30; Athenag. suppl. 23; Orig. c. Cels. 8, 4; cohort. ad Graec. 31. Seneca quaest. nat. 2, 45; Seneca apud Lact. div. inst. 1, 5, 26 non intellegis, inquit, auctoritatem ac maiestatem iudicis tui, rectoris orbis terrarum caelique et deorum omnium dei, a quo ista numina quae singula adoramus et colimus suspensa sunt? item in Exhortationibus: hic cum prima fundamenta molis pulcherrimae iaceret et hoc ordiretur quo neque maius quicquam novit natura nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, quamvis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui deus genuit.

9 Liv. 1, 21 (Numa Pompilus) soli Fidei solemne instituit. Aug. civ. dei 4, 20 sed cur et Fides dea credita est et accepit etiam ipsa templum et altare?

10 nubes: cf c. 16, 10; 30, 4; ad nat. 1, 13 (83, 23 RW) non plerique adfectatione adorandi aliquando etiam caelestia ad solis initium labra vibratis? Juvenal. 14, 96 de Judaeis: quidam sortiti metuentem sabbata patrem Nil praeter nubes et caeli numen adorant.

lacunaria: adoret deum in templis.

de idol. 6 (36, 4 RW) immo tu colis (falsos deos), qui facis, ut coli possint. colis autem non spiritu vilissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio, nec anima pecoris impensa, sed anima tua. c. 30, 5.

11 sqq. ad Scap. 2 (I 540 Oehl.) tamen humani iuris et naturalis potestatis est unicuique quod putaverit colere, nec alii obest aut prodest alterius religio. sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi, cum et hostiae ab animo libenti expostulentur. ita etsi nos compuleritis ad sacrificandum, nihil praestabitis diis vestris. Lact. div. inst. 5, 13, 18 quis enim tam insolens, tam elatus est qui me vetet oculos in caelum tollere, qui inponat mihi necessitatem vel colendi quod nolim vel quod velim non colendi?

15 sq. Cic. de nat. deor. 3, 15, 39 omne fere genus bestiarum Aegyptii consecraverunt. 19, 47 quod si faciemus cur barbarorum deos repudiemus: boves igitur et equos, ibis accipitres, aspidas crocodillos pisces, canes lupos faelis, multas

potestas avibus et bestiis consecrandis et capite damnandis, qui aliquem huiusmodi deum occiderit. Unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est, ut Syriae Atargatis, ut Arabiae Dusares, ut Noricis Belenus, ut Africae Caelestis, ut Mauritaniae reguli sui. 8 Romanas, ut opinor, provincias edidi, nec tamen Romani dei earum, quia Romae non magis coluntur quam qui per ipsam quoque Italiam munici-

1 pite LM   damnandi DG *Rhen.*   3 Adargatis F adstartes PBDM astartes EG *edd. cf. ad nat. 2, 8 (108, 16 RW)*   Dusares *Haverc. cf. ad nat. l. c.* duzares F dysares (*vel* disares) V   noricis F norici V   4 Belienus F *cf. ad nat. l. c.*   5 romani dei F romanos deos V romanis deos E   6 per *om.* F ipsum P²LM

praeterea beluas in deorum numerum reponemus. Min. Fel. 28, 8 nonne et Apin bovem cum Aegyptiis adoratis et pascitis? nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus crocodillis beluis ceteris et avibus et piscibus, quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur. Lact. div. inst. 2, 5, 35 si homo, ergo et iumenta et pecudes et cetera genera bestiarum et avium et piscium ... haec colunt Aegyptii. Justin. apol. 1, 24, 1. Athenag. suppl. 1 *οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ αἰλούρους καὶ κροκοδείλους καὶ ὄφεις καὶ ἄσπιδας καὶ κύνας θεοὺς νομίζουσιν.* 14 *οἵ γε καὶ τὰ θηρία θεοὺς ἄγουσιν.*

2 sqq. ad nat. 2, 8 (108, 16 RW) quanti sunt qui norint visu vel auditu Atargatim Syrorum, Caelestem Afrorum, Varsutinam Maurorum, Obodan et Dusarem Arabum, Belenum Noricum, vel quos Varro ponit: Casiniensium Delventinum, Narniensium Visidianum, Atinensium Numiternum, Asculanorum Anchariam, ... Vulsiniensium Nortiam, quorum ne nominum quidem dignitas humanis cognominibus distat? Lact. div. inst. 1, 15, 6 hac scilicet ratione Romani Caesares suos consecraverunt et Mauri suos reges. sic paulatim religiones esse coeperunt ... et hi tandem summi reges ob celebritatem nominis in provinciis omnibus colebantur. privatim vero singuli populi gentis aut urbis suae conditores ... summa veneratione coluerunt, ut Aegyptus Isidem, Mauri Jubam, Macedones Cabirum, Poeni Uraniam, Latini Faunum, Sabini Sancum, Romani Quirinum. eodem utique modo Athenae Minervam, Samos Junonem, Paphos Venerem, Vulcanum Lemnos, Liberum Naxos, Apollinem Delos. sic per populos atque regiones varia sacra suscepta sunt. Isidor. etym. 8, 11, 1. Min. Fel. 6, 1 inde adeo per universa imperia provincias oppida videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere et deos colere municipes, Eleusinios Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos Belum, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, universa Romanos.

3 Atargatis seu Derceto a Romanis vulgo dea Syra nominabatur; de qua Lucianus scripsit libellum. Plut. Crass. 17 de dea Hierapolitana: *γίνεται πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν.* Diod. 2, 4, 10 *παρὰ δὲ ταύτην (τὴν ἐν Ἀσκάλοις λιμνην) ὑπάρχει τέμενος θεᾶς ἐπιφανοῦς, ἣν ὀνομάζουσι οἱ Σύροι Δερκετοῦν· αὕτη τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικός, τὸ δ' ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος.*

Suidas: *Θευσάρης, τουτέστι θεὸς Ἄρης, ἐν Πέτρᾳ τῆς Ἀραβίας. σέβεται δὲ θεὸς Ἄρης παρ' αὐτοῖς· τόνδε γὰρ μάλιστα τιμῶσι. τὸ τὲ ἄγαλμα λίθος ἐστὶ μέλας τετράγωνος ἀτύπωτος ... τούτῳ θύουσι καὶ τὸ αἷμα τῶν ἱερέων προχέουσι.* Maxim. Tyr. 2, 8 Hobein: *Ἀράβιοι σέβουσι μέν, ὅντινα δέ, οὐκ οἶδα· τὸ δὲ ἄγαλμα εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος.*

4 Belenus seu Belinus, de quo Herodian. 8, 3, 8, inprimis Aquileae colebatur. Jul. Capitol. Maximini duo 22 Maximinus legatos in eandem urbem (Aquileam) misit. quibus populus paene consenserat, ni Menofilus cum collega restitisset dicens etiam deum Belenum per haruspices respondisse Maximinum esse vincendum.

Caelestis: cf. ad c. 12, 4; 23, 6.

Mauretaniae reguli: Lact. div. inst. 1, 15, 6; cf. supra; Min. Fel. 24, 1.

pali consecratione censentur: Casiniensium Deluentinus, Narniensium Visidianus, Asculanorum Ancharia, Volsiniensium Nortia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Hostia, Faliscorum in honorem patris Curis et accepit cognomen Iuno. 9 Sed nos soli arcemur a religionis proprietate. Laedimus Romanos nec Romani habemur, qui nec Romanorum deum colimus. 10 Bene quod omnium deus est, cuius, velimus aut nolimus, omnes sumus. Sed apud vos quodvis colere ius est praeter deum verum, quasi non hic magis omnium sit deus, cuius omnes sumus.

XXV. Satis quidem mihi videor probasse de falsa et vera divinitate, cum demonstravi, quemadmodum probatio consistat, non modo disputationibus nec argumentationibus, sed ipsorum etiam testimoniis, quos deos creditis, ut nihil iam ad hanc causam sit retractandum. 2 Quoniam tamen Romani nominis proprie intercedit auctoritas, non omitto congressionem, quam provocat illa praesumptio dicentium, Romanos pro merito religionis diligentissimae in tantum sublimitatis elatos et inpositos, ut orbem occuparint, et adeo deos esse ut praeter ceteros floreant, qui illis officium praeter ceteros faciant.

---

1 Casiniensium F Casianiensium V *cf. ad nat. 2, 8 (108, 19 RW)* narniensium G *edd.* narnensium V 2 Viridianus DG *edd.* Aesculanorum V norcia P norsia B oriculanorum DG 3 Hostia F hortia D nortia EGLM *edd.* norcia P honorem F *cf. Hoppe II 27* honore V more B 4 Curis *edd.* curris V turris E chumis F Curis cuius *Col.* 5 qui nec *scripsi* quia nec F qui non V quia non *edd.* 7 aut DG *edd.* ac PBELM nolumus P¹BM 8 deus *om.* F deus sit *Wal.* 10 XXIIII de religiositate Romanorum. Satis V mihi quidem D *edd.* vera et falsa LM 12 nec argumentationibus *om.* LM 13 de Romanis quos F 14 proprie F propriae V intercedit auctoritas F menti (mentis LM) occurrit V 15 omitto F 16 religionis F *cf. ad nat. 2, 17 (130, 6 RW)* quod officiis religionum meruerint dominare; *(133, 6)* non possunt videri religionis meritis excrevisse; *sed cf. infra c. 25, 12*; religiositatis V 17 et inpositos *om.* V *cf. Löfst. III 70.*

---

2 Liv. 7, 3, 7 Volsinis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae, Etruscae deae, comparere diligens talium monumentorum auctor Cincius adfirmat. Juven. 10, 74 si Nortia Tusco favisset. Mart. Cap. 1, 88, ubi Sorti vel Nemesi vel Tyche adaequatur.

3 nomen deae Valentiae in titulo Ocriculis reperto legitur CIL XI 4082.

4 Festus s. v. Caelibari hasta: matronae Junonis Curitis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum curis dicitur.

7 Cic. de nat. deor. 1, 17 ut mihi, velim nolim, sit certa quaedam tuenda sententia. Min. Fel. 29, 4 sibi certe homo est, velit nolit. Tert. an. 58 (394, 9 RW) velis nolis.

8 de idol. 4 (33, 17 RW) omnia igitur colit humanus error praeter ipsum omnium conditorem.

13 cf. c. 21, 26.

14 de pudicitia 14 (246, 14 RW) his itaque discussis quae intercesserant.

15 sqq. ad nat. 2, 17 (130, 3 RW) nobis superest adhuc illa Romanarum superstitionum praegrandis praesumptio, cui adversus vos, nationes, congredi habemus, propterea scilicet Romanos totius orbis dominos atque arbitros factos fuisse, quod officiis religionum meruerint dominare sic, ut parum absit, quin ipsis suis deis praevaleant. Min. Fel. 25, 1 at tamen ista ipsa superstitio Romanis dedit auxit fundavit imperium, cum non tam virtute quam religione et pietate polle-

3 Scilicet ista merces Romano nomini a Romanis deis praerogativa expensa est. Sterculus et Mutunus et Larentina provexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneae genti potius quam suae maluisse nec patrium solum, in quo nati, adulti, nobilitati sepultique sunt, transfretanis dedisse. 4 Viderit Cybele, si urbem Romanam ut memoriam Troiani generis adamavit, vernaculi sui scilicet adversus Achivorum arma protecti, si ad ultores transferre prospexit, quos sciebat Graeciam Phrygiae debellatricem subacturos. 5 Itaque maiestatis suae in urbem conlatae grande documentum nostra etiam aetate

---

1 meret M Romano nomini *om.* V *sed cf. c. 25, 12* praerogativa F pro gratia V *cf. praef. 12, 18* 2 muthunus PBG mutianus LM muchunus DE 3 potius quam suae maluisse nec F *cf. de pallio 1 (I 916 Oehl.) Löfst. I 39;* magis fatum (fatum D) voluisse quam suae et V *cf. ad nat. 2, 17 (130, 10 RW)* 5 transfretaneis F *Wal. Col.* ut V et L ob F *Wal.* 7 adulteros DELM transferre F *Wal. Löfst. I 40* transferri *Col.* transire V quo PEM 8 debellatricem DG *edd.* debellatorem V 9 nostrae . . . aetati (aetatis D) DL *Rhen. Gel. Pam.*

---

rent. Val. Max. 1, 18 non mirum igitur, si pro eo imperio augendo custodiendoque pertinax eorum indulgentia deorum semper excubuit, quo tam scrupulosa cura parvula quoque momenta religionis examinari videntur, quia numquam remotos ab exactissimo cultu caerimoniarum oculos habuisse nostra civitas existimanda est.

1 sqq. ad nat. 2, 17 (130, 8 RW) nimirum Sterculus et Mutunus et Larentia provexit hoc imperium unus Romanorum destinatus a suis deis dominationi populus. peregrinos non putem extraneo potius populo . . . desertores et destitutores, immo proditores patrii soli, in quo nati, adulti, nobilitati sepultique sunt.

2 Plin. d. h. 17, 6, 50 Augeas rex in Graecia excogitasse (stercum) traditur, divolgasse vero Hercules in Italia, quae regi suo Stercuto Fauni filio ob hoc inventum inmortalitatem tribuit. Aug. civ. dei 18, 15 Pici patrem Stercen potius fuisse adseverent, a quo peritissimo agricola inventum ferunt, ut fimo animalium agri fecundarentur, quod ab eius nomine stercus est dictum; hunc quidem Stercutium vocatum ferunt.

Aug. civ. dei 4, 11 ipse sit Mutunus vel Tutunus, qui est apud Graecos Priapus. Lact. div. inst. 1, 20, 36 Tutinus, in cuius sinu pudendo nubentes praesident, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur.

Lact. div. inst. 1, 20, 1 Romuli nutrix Lupa honoribus est adfecta divinis, et ferrem, si animal ipsum, cuius figuram gerit. sed auctor est Livius Larentinae esse simulacrum et quidem non corporis, sed mentis ac morum. fuit enim Faustuli uxor et propter vulgati corporis vilitatem lupa inter pastores id est meretrix nuncupata est; unde etiam lupanar dicitur. Liv. 1, 4.

Min. Fel. 25, 9 isti scilicet adversus ceteros, qui in gentibus colebantur, Romanorum imperium protulerunt; neque enim eos adversum suos homines vel Mars Thracius vel Juppiter Creticus vel Juno nunc Argiva nunc Samia nunc Poena vel Diana Taurica vel Mater Idaea vel Aegyptia illa non numina, sed portenta iuverunt.

3 sq. pallio 1 (I 916 Oehl.) at cum saecularium sortium variavit urna et Romanis deus maluit, soror quidem civitas suopte arbitrio mutare properavit. — Locutio „factum voluisse", quam exhibet vulgata apud alios quidem posteriores scriptores legitur, sed non apud Tertullianum.

5 cf. c. 22, 12.

7 transferre scl. se; cf. e. g. Schol. Gronov. ad Cic. in Verr. 1, 2 (329, 17 Stangl) ad Sullanas transtulit partes. Amm. Marc. 21, 12, 8 ad instrumenta obsidionalium artium transtulerunt.

proposuit, cum M. Aurelio apud Sirmium rei publicae exempto die sexto decimo kalendarum aprilium archigallus ille sanctissimus die nono kalendarum earundem, quo sanguinem inpurum lacertos quoque castrando libabat; pro salute Marci iam intercepti solita aeque imperia mandavit. 6 O nuntios tardos, o somniculosa diplomata, quorum vitio excessum imperatoris non ante Cybele cognovit! Ne, deam talem riderent christiani! 7 Sed non statim et Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret, oblitus antrum illud Idaeum et aera Corybantia et iucundissimum illic nutricis suae odorem. Nonne omni Capitolio tumulum illum suum praeposuisset, ut ea potius orbi terra praecelleret, quae cineres Iovis texit? 8 Vellet et Iuno Punicam urbem posthabita Samo dilectam ab Aeneadarum utique gente deleri? Quod sciam:

1 sermium PBM servium L serenium E   rei publicae exempto V subito interempto F *Wal. sed cf. Rufin. h. e. 10, 20* cum Magnenti scelere imperator Constans regno simul et vita fuisset exemptus; *Löfst. II 67*   die sexto decimo V sexto decimo die M die XVIII F   2 sanctissimus V impurissimus F   4 Marci F imperatoris Marci V   interempti D *Rhen. Gel. Pam.*   8 facibus P GL   ydreum PBLM   11 terra E *edd. Oehl. Rau. Wal. Col.* terrae FV *sed cf. ad nat. 2, 17 (131, 3 RW)*   et F *om.* V   12 posthabitam DG   utique *om. Oehl.*   gente non E genere D *edd.*

1 sqq. Dio Cass. 71, 33 *τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Μαρτίου μετήλλαξεν, οὐχ ὑπὸ τῆς νόσου, ἣν καὶ τότε ἐνόσησεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ὥς ἐγὼ σαφῶς ἤκουσα, τῷ Κομμόδῳ χαριζομένων.*

exempto: cf. Rufin. h. e. 10, 20 cum Magnenti scelere imperator Constans regno simul et vita fuisset exemptus.

2 archigallus: summus Matris Magnae sacerdos.

2 in vetustis calendariis ad diem XXIV. mensis Martis adnotatur: dies sanguinis; quo die archigallus vulneratis lacertis sanguinem suum deae libabat, populus ieiunium servabat. cf. Trebellius Pollio vita Claudii 4 nam cum esset nuntiatum VIIII. kal. Aprilis ipso in sacrario Matris sanguinis die Claudium imperatorem factum . . .

4 Sueton. Tib. 7, 3 intercepto communis fili pignore. Claud. 1, 4 interceptum veneno.

7 sqq. ad nat. 2, 17 (130, 13 RW) ita ne Juppiter quidem Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret, oblitus antrum illud Idaeum et aera Corybantia et nutricis suae iucundissimum odorem. nonne omni Capitolio tumulum illum suum praeposuisset, ut illa potius terra regnaret quae Jovis cineres texit? vellet Juno Punicam urbem posthabita Samo dilectam et utique Aeneadarum ignibus adoleri? quod sciam: hic illius arma, Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse, Si qua fata sinant, iam tunc tenditque fovetque. misera adversus fata non valuit! nec tamen tantum honoris Romani fatis decreverunt, ut dedentibus Carthaginem sibi, quantum Larentinae.

8 Min. Fel. 23, 13 adhuc antrum Jovis visitur. 22, 3 et quae Jovis sacra sunt? nutrix capella est et avido patre subtrahitur infans, ne voretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus eliditur. Ovid. fast. 4, 207 sq. resonat tinnitibis Ide, Tutus ut infanti vagiat ore puer. Lact. div. inst. 1, 21, 38; epit. 18, 10 sq.

12 Lact. div. inst. 1, 17, 8 insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Juno adoleverit ibique etiam Jovi nupserit; itaque nobilissimum et antiquissimum templum eius est Sami et simulacrum in habitu nubentis figuratum, et sacra eius anniversaria nuptiarum ritu celebrantur.

Aeneadarum: cf. c. 9, 5.

hic illius arma,
hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
si qua fata sinant, iam tunc tenditque fovetque.

Misera illa coniunx Iovis et soror adversus fata non valuit. Plane: ,fato stat Iuppiter ipse'.

9 Nec tantum tamen honoris fatis Romani dicaverunt dedentibus sibi Carthaginem adversus destinatum votumque Iunonis, quantum prostratissimae lupae Larentinae.

10 Plures deos vestros regnasse certum est. Igitur si conferendi imperii tenent potestatem, cum ipsi regnarent, a quibus acceperant eam gratiam? Quem coluerat Saturnus et Iuppiter? aliquem, opinor, Sterculum; sed postea Romani cum indigitamentis suis. 11 Etiam si qui non regnaverunt, tamen regnabantur ab aliis nondum cultoribus suis, ut qui nondum dei habebantur. Ergo aliorum est regnum dare, quia regnabatur multo ante quam isti dei inciderentur.

12 Sed quam vanum est, fastigium Romani nominis religiositatis meritis deputare, cum post imperium sive adhuc regnum auctis iam rebus religio profecerit. Nam etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina

1 huc BM 3 facta BM tunc F tum V 6 honoris Romani dicaverunt fatis D *Rhen. Pam. Herald.* 8 prostratissimae F prostitutissimae V prostitutae E *cf. Arnob. 2, 42 (82, 19 R)* venalia ut prosternerent corpora Larentinae *Pam.* Laurentinae FV 9 XXV de regno deorum. Plures V 11 quem E *edd.* quam V 12 stercolum PDGL Sterculium *edd.* Romani DEG *Oehl. Rau. Col.* Romam P Romanam BLM apud Romam F *Wal.* Romae *edd. cf. c. 26, 2* prior est quibusdam deis suis silvestris Roma indigitamentis *Junius* inditamentis F indignis PBLM indigenis DEG *edd. Oehl.* 13 regnaverint LM regnabatur DEG *edd. Rau.* 14 alienum D 15 *an* indicerentur? indigitarentur *Col.* inciderentur auctis age iam rebus religio profecerit F *Wal. cf. praef. 12* 16 fastigium FDG *edd.* fastidium V 17 adhuc V hoc F auctis iam rebus *Rig. cf. ad nat. 2, 17 (132, 7 RW)* 18 profecerit F profecerit (proficerit PM) age iam rebus religio proficerit V numa popilio F *sed cf. ad nat. 2, 17 (132, 8 RW).*

1 Verg. Aen. 1, 16 sqq.

5 stat: obnoxius est.

9 sq. ad nat. 2, 17 (131, 11 RW) sed dei isti conferendi regni in potestate non sunt. si regnavit enim Juppiter Cretae et Saturnus Italiae et Isis Aegypto, et homines regnaverunt, quibus etiam operati plerique traduntur.

12 cf. c. 26, 2. Serv. ad georg, 1, 21 nomina haec numinum in indigitamentis inveniuntur, id est in libris pontificalibus, qui et nomina dorum et rationes ipsorum nominum continent, quae etiam Varro dicit. cf. Arnob. 2, 73 (107, 25 R) non doctorum in litteris continetur Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta nescire?

16 sqq. ad nat. 2, 17 (132, 7 RW) atqui non post summum imperium auctis iam rebus superstitio quaesita est? etsi a Numa sacra introducta sunt, nondum tamen aut simulacris aut templis res vestras divina frustrabant. frugi religio et paupertina superstitio; altaria temeraria et vasa sordida et nidor parvus ex illis et deus ipse nusquam. ergo non ante religiosi quam maiores neque ideo maiores quia religiosi.

18 Cic. de re publ. 2, 27 Numa omnes partes religionis statuit sanctissime. sacrorum autem ipsorum diligentiam difficilem, apparatum perfacilem esse voluit; nam quae perdiscenda quaeque observanda essent, multa constituit, sed ea sine impensa.

apud Romanos constabat. 13 Frugi religio et pauperes ritus et nulla Capitolia certantia ad caelum, sed temeraria de caespite altaria et vasa adhuc Samia et nidor exilis et deus ipse nusquam. Nondum enim tunc ingenia Graecorum atque Tuscorum fingendis simulacris urbem inundaverant. Ergo non ante religiosi Romani quam magni, ideoque non propterea magni, quia religiosi.

14 Atquin quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de inreligiositate provenit? Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quaeritur et victoriis propagatur. Porro bella et victoriae captis et eversis plurimum urbibus constant. Id negotium sine deorum iniuria non est; eadem strages et moenium et templorum, pares caedes civium

1 fruge LM fruges E 2 ad caelum] caelo *edd.* temporaria F *Wal.* 3 exilis FE ex illis V 5 non ergo ELM 6 propterea F ob hoc V qui magni M 7 atqui E *edd.* 11 eadem F eaedem V aedem M caedem L *cf. ad nat. 2, 17 (132, 18 RW)* 11 et moenium F moenium V *cf. ad nat. l. c.*

2 Mart. 10, 51, 13 Nec Capitolini summum penetrale Tonantis Quaeque nitent caelo proxima templa suo.

3 ars vasa fictilia fingendi florebat in insula Samo. Cic. de re publ. 6, 2 Samiae capudines. de nat. deor. 3, 17, 43 capedunculis his quas Numa nobis reliquit. Tib. 1, 37 Adsitis, divi, nec nos e paupere mensa Dona nec e parvis spernite fictilibus.

3 sq. Plin. n. h. 34, 15 transiit deinde ars volgo ubique ad effigies deorum. Romae simulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassi quem regnum adfectantem pater ipsius interemerit. 34 signa quoque Tuscanica per terras dispersa, quae quin in Etruria factitata sint non est dubium. deorum tantum putarem ea fuisse . . . mirumque mihi videtur, cum statuarum origo tam vetus Italiae sit, lignea potius aut fictilia deorum simulacra in delubris dicata usque ad devictam Asiam, unde luxuria. Aug. civ. dei 4, 31 (Varro) dicit etiam antiquos Romanos plus annos centum et septuaginta deos sine simulacro coluisse.

7 sqq. ad nat. 2, 17 (132, 13 RW) atquin quomodo summam ob religionem et deorum profundissimam curam imperium Romanis quaesitum videri possit, quod laesis potius deis auctum est? nisi fallor enim omne regnum imperium bellis quaeritur. porro laeduntur victoribus et dei urbis. nam eadem strages et moenium et templorum, pares caedes et civium et sacerdotum, eaedem rapinae profanorum et sacrorum. tot sacrilegia Romanorum quot tropaea, tot deinde de deis quot de gentibus triumphi. manent et simulacra captiva, et utique si sentiunt, inpune laeduntur, et quia inpune laeduntur, frustra adorantur. itaque quorum fastigium per victorias adultum est, non possunt videri religionis meritis excrevisse, sive crescendo laesores religionis sive laedendo creverunt. regnum universae nationes suis quaeque temporibus habuerunt, ut Assyrii, ut Medi, ut Persae, ut Aegyptii; est et adhuc penes quosdam, et tamen qui amiserunt, non sine religionibus et cultu et depropitiorum deorum morabantur, donec postremo Romanis cessit universa paene dominatio. sors temporum ita volutavit regna. Min. Fel. 25, 5 ita quicquid Romani tenent colunt possident, audaciae praeda est: templa omnia de manubiis, id est de ruinis urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum. hoc insultare et inludere est victis religionibus servire, captivas eas post victorias adorare. nam adorare, quae manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numina. totiens ergo Romanis inpiatum est quotiens triumphatum, tot de diis spolia quot de gentibus et tropaea. igitur Romani non ideo tanti, quod religiosi, sed quod inpune sacrilegi; neque enim potuerunt in ipsis bellis deos adiutores habere, adversus quos arma rapuerunt et, quos postulaverant, detriumphatos colere coeperunt. quid autem isti dii pro Romanis possunt, qui nihil pro suis adversus eorum arma valuerunt?

11 sq. cf. c. 40, 9.

et sacerdotum, nec dissimiles rapinae sacrarum divitiarum et profanarum. 15 Tot igitur sacrilegia Romanorum quot tropaea, tot de deis quot de gentibus triumphi, tot manubiae quot manent adhuc simulacra captivorum deorum. 16 Et ab hostibus ergo suis sustinent adorari et illis imperium sine fine decernunt, quorum magis iniurias quam adulationes remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt, tam inpune laeduntur quam frustra coluntur. 17 Certe non potest fides convenire, ut religionis meritis excrevissse videantur qui, ut suggessimus, religionem aut laedendo creverunt aut crescendo laeserunt. Etiam illi, quorum regna conflata sunt in imperii Romani summam, cum ea amitterent, sine religionibus non fuerunt.

XXVI. Videte igitur, ne ille regna dispenset, cuius est et orbis qui regnatur et homo ipse qui regnat, ne ille vices dominationum ipsis temporibus in saeculo ordinarit, qui ante omne tempus fuit et saeculum corpus temporum fecit, ne ille civitates extollat aut deprimat, sub quo fuit sine civitatibus aliquando gens hominum. 2 Quid erratis? Prior est quibusdam deis suis silvestris Roma, ante regnavit quam tantum ambitum Capitolii exstrueret. Regnaverant et Babylonii ante pontifices et Medi ante quindecimviros et Aegyptii ante Salios et Assyrii

2 tot deis PB quot deis EL 4 ergo *om.* F *Wal.* 7 fides F fidei V 8 gessimus ELM 12 XXVI de regno dei. Videte V illa PBELM 13 ipsis *om.* F 14 ordinaverit D *edd.* *omnia* nec M et V qui F *Wal. Col.* 16 aliquando sine civitatibus DG *edd.* genus DG *edd.* 17 silvestris *om.* F 18 exstrueret *Rhen. 2 Rig. Oehl.* extrueretur V 19 Asirios M

1 Liv. 25, 40 (de Syracusis per Marcellum captis): licentiaeque hinc sacra profanaque omnia vulgo spoliandi initium factum est, quae postremo in Romanos deos vertit.

4 captivorum: cf. c. 10, 5. — Serv. ad Verg. Aen. 2, 351 „excessere" quia ante expugnationem evocabantur ab hostibus numina propter vitanda sacrilegia. Liv. 5, 21, 1—3 (dictator ante expugnationem Veiorum precatur) te simul, Juno regina, quae nunc Veios colis, precor, ut nos victores in nostram tuamque mox futuram urbem sequare, ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Aug. civ. dei 2, 22.

5 imperium sine fine: Verg. Aen. 1, 280.

5 sq. Maxim. Tyr. 14, 6 f. ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ θεοῦ.

12 sqq. ad nat. 2, 17 (133, 13 RW) quaerite quis temporum vices ordinavit. idem regna dispensat, et nunc penes Romanos eam summam tamquam pecuniam de multis nominibus exactam in unam arcam congregavit. quid de ea statuerit sciunt proximi ei. Min. Fel. 25, 12 et tamen ante eos deo dispensante diu regna tenuerunt Assyrii. Medi Persae Graeci etiam et Aegyptii, cum pontifices et arvales et salios et vestales et augures non haberent nec pullos cavea reclusos, quorum cibo vel fastidio res publica summa regeretur. Cypr. quod idola d. n. s. 5. Lact. div. inst. 7, 15, 13.

17 Verg. Aen. 8, 347 hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis. Ovid. fast. 5, 93 hic ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor et herbae Et paucae pecudes et casa rara fuit. Prop. 4, 1, 1.

19 quindecimviri sacris faciundis, olim decemviri in hunc numerum suppleti sunt temporibus Sullae. Liv. 10, 8, 2 decemviros sacris faciundis carminum Sibyllae ac fatorum populi huius interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri caerimoniarumque aliarum.

Liv. 1, 20, 4 Salios item duodecim Marti Gradivo legit (Numa), tunicaeque

ante Lupercos et Amazones ante Virgines Vestae. 3 Postremo si Romanae religiones regna praestant, numquam retro Iudaea regnasset despectrix communium istarum divinitatum, cuius et deum victimis et templum donis et gentem foederibus aliquamdiu Romani honorastis, numquam dominaturi eius, si deo non deliquisset ultimo in Christum.

XXVII. Satis haec adversus intentationem laesae religionis ac divinitatis; quo non videamur laedere eam, ostendimus non esse. Igitur provocati ad sacrificandum obstruimus gradum pro fide conscientiae nostrae, qua certi sumus, ad quos ista perveniant officia sub imaginum prostitutione et humanorum nominum consecratione. 2 Sed quidam dementiam existimant, quod, cum possimus et sacrificare in praesenti et inlaesi abire manente apud animum proposito, obstinationem saluti praeferamus. 3 Datis scilicet consilium, quo vobis abutamur; sed agnoscimus unde talia suggerantur, quis totum hoc agitet et quomodo nunc astutia suadendi, nunc duritia saeviendi ad constantiam nostram deiciendam operetur.

1 Amazonas LM   Vestae F Vestales V   5 deo *om.* F *Rau. Wal. Col.* ultimo deliquisset F   6 intentionem BLM *edd.*   religionis ac *om.* V *sed cf. c. 24, 1*   7 quod *edd.*   eam (etiam P[1]) quam V   8 XXVII de spiritu daemoniaco. Igitur V   pro fide] perfidiae ELM *Gel.*

pictae insigne dedit et super tunicam aeneum pectori tegumen; caelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu iussit. Dion. Hal. arch. 2, 70.

1 Virgines Vestae: Liv. 1, 20, 3 virginesque Vestae legit (Numa).

Val. Max. 2, 2, 9 Lupercalium enim mos a Romulo et Remo inchoatus est tunc, cum laetitia exultantes, quod his avus Numitor rex Albanorum eo loco, ubi educati erant, urbem condere permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Arcas consecraverat, facto sacrificio caesisque capris epularum hilaritate ac vino largiore provecti, divisa pastorali turba, cincti obvios pellibus immolatarum hostiarum iocantes petiverunt.

3 sq. Joseph. Flav. antiq. 16, 14 M. Vipsanius Agrippa Herodis hospes *τῷ θεῷ μὲν ἑκατόμβην κατέθυσεν, εἱστία δὲ τὸν δῆμον.*

4 foederibus: Macchab. 1, 8.

6 cf. c. 24, 1.

8 de virg. vel. 15 (I 909 Oehl.) si temptationibus gradum obstruxerit. de carn. res. 48 (98, 19 K) adversarii in prima statim acie obstruunt.

11 cf. c. 1, 13; 50, 11. Plin. ep. 10, 96, 3 neque enim dubitabam, qualecumque esset, quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri. fuerunt alii similis amentiae. Martyr. s. Carpi 9 *θύσατε τοῖς θεοῖς καὶ μὴ μωραίνετε.*

13 sq. Scorpiace 11 (170, 14 RW) ipsi denique praesides cum cohortantur negationi: „serva animam tuam" dicunt et „noli animam tuam perdere". Scap. 4 (I 546 Oehl.) Cincius Severus, qui Thysdri ipse dedit remedium, quomodo responderent christiani, ut dimitti possent. Acta Cypriani 3 Galerius Maximus ait: consule tibi. Euseb. h. e. 4, 15, 15 (martyr. s. Polycarpi) *ἔπειθον παρακαθεζόμενοι καὶ λέγοντες· τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν, κύριε Καῖσαρ καὶ θῦσαι καὶ διασῴζεσθαι*; 4, 15, 5 *βουλομένου γέ τοῦ ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν (Γερμανικὸν), προβαλομένου τε τὴν ἡλικίαν καὶ ἀντιβολοῦντος κομιδῇ νέον ὄντα καὶ ἀκμαῖον οἶκτον ἑαυτοῦ λαβεῖν.* 8, 9, 8 *οἳ καὶ μυρίων ὅσων πρὸς αἵματός τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων ἀντιβολούντων, ἔτι μὴν τῶν ἐπ᾿ ἀξίας ἀρχόντων, πρὸς δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ παρακαλοῦντος, ὡς ἂν αὐτῶν οἶκτον λάβοιεν, φειδώ τε παίδων καὶ γυναικῶν ποιήσαιντο.*

14 sqq. Justin. apol. 1, 12, 5 *πεπείσμεθα δ᾿ ἐκ δαιμόνων φαύλων, οἳ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγως βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θεραπείας, καὶ ταῦτα ὡς προέφημεν ἐνεργεῖσθαι*

4 Ille scilicet spiritus daemonicae et angelicae paraturae, qui noster ob divortium aemulus et ob dei gratiam invidus, de mentibus vestris adversus nos proeliatur occulta inspiratione modulatis et subornatis ad omnem quam in primordio exorsi sumus et iudicandi perversitatem et saeviendi iniquitatem. 5 Nam licet subiecta sit nobis tota vis daemonum et eiusmodi spirituum, et nequam tamen servi metu nonnumquam contumaciam miscent et laedere gestiunt, quos alias verentur. Odium enim etiam timor spirat. 6 Praeterquam et desperata condicio eorum ex praedamnatione solatium reputat fruendae interim malignitatis de poenae mora. Et tamen adprehensi subiguntur et condicioni suae succidunt, et quos de longinquo obpugnant, de proximo obsecrant. 7 Itaque dum vice rebellantium ergastulorum sive carcerum vel metallorum vel hoc genus poenalis servitutis erumpunt adversus nos in quorum potestate sunt, certi et inpares se esse et hoc magis perditos, ingratis resistimus ut aequales et repugnamus perseverantes in eo quod obpugnant, et illos numquam magis detriumphamus quam cum pro fidei obstinatione damnamur.

---

1 daemonicae P daemoniacae *rell.* 3 sub ornamentis M 4 exorsimus et iud. M 6 spiritus *edd.* et F ut V *cf. praef. 14* tamen F tamen et V metum FE metui *edd.* 7 contumacia ELM contumaciae F *Wal. Col.* 8 inspirat F *Wal.* 10 subiciuntur F *Wal.* 11 succidunt V parent et succedunt F *Wal. Löfst. III 31* 12 dum DE cum V repugnantium vel rebellantium F *Wal. Col.* 14 nos proeliantur F *ex lin. 3* nos proeliaturi *Haverc. Wal.* inpares se esse V iam perisse F *Wal.* 15 repugnamus DM

---

1 sqq. Lact. div. inst. 5, 21, 2 pergitur enim caeco et inrationabili furore, quem nos videmus, illi nesciunt. non enim ipsi homines persecuntur, qui causam cur irascantur innocentibus non habent, sed illi spiritus contaminati ac perditi, quibus veritas et nota est et invisa, insinuant se mentibus eorum et instigant nescios in furorem. Justin. apol. 1, 5, 1 *ἀλόγῳ πάθει καὶ μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες.*

7 sq. Lact. div. inst. 5, 21, 6 propter haec verbera et minas sanctos et iustos viros semper oderunt. Cic. de off. 2, 23 praeclare enim Ennius: Quem metuunt oderunt; quem quisque odit, perisse expetit. Senec. de clem. 2, 12, 4 cum invisus sit, quia timetur. Min. Fel. 27, 8 ideo inserti mentibus imperitorum odium nostri serunt occulte per timorem; naturale est enim et odisse quem times et quem metueris infestare, si possis. Cypr. quod idola d. n. s. 7. Otto, Sprichwörter 252; ALL XII 345 sqq.

8 sqq. Justin. apol. 1, 28, 1 *ὃν* (*διάβολον*) *εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἑπομένων ἀνθρώπων κολασθησομένους τὸν ἀπέραντα αἰῶνα, προσεμήνυσεν ὁ Χριστός* (Matth. 25, 41). *καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν θεὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται.* Iren. adv. haer. 5, 26, 2 *καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν θεόν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν.*

10 cf. c. 23, 15.

11 de carn. res. 62 (123, 15 RW) si non nubendo, quia nec moriendo, utique nec ulli simili necessitati succidendo corporalis condicionis.

Min. Fel. 27, 7 sic christiani de proximo fugitant, quos longe in coetibus per vos lacessebant. Lact. div. inst. 5, 21, 4 (daemones) fugitant iustos et pavent.

17 Min. Fel. 25, 7 detriumphatos deos.

Tac. hist. 3, 39 Blaeso . . . fidei obstinatio fuit.

XXVIII. Sed quoniam facile iniquum videretur liberos homines invitos urgeri ad sacrificandum — nam et alias divinae rei faciundae libens animus indicitur —, certe ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos ultro sui causa placare deberet, ne prae manu esset iure libertatis dicere: 'nolo mihi Iovem propitium; tu quis es? me conveniat Ianus iratus ex qua velit fronte; quid tibi mecum est?' formati estis ab isdem utique spiritibus, uti nos pro salute imperatoris sacrificare cogatis, et inposita est tam vobis necessitas cogendi, quam nobis obligatio periclitandi.

2 Ventum est igitur ad secundum titulum laesae augustioris maiestatis, siquidem maiore formidine et callidiore timiditate Caesarem observatis quam ipsum de Olympo Iovem. Et merito, si sciatis. Quis enim ex viventibus non omni mortuo potior? 3 Sed nec hoc vos ratione facitis potius quam respectu praesentaneae potestatis; adeo et in isto inreligiosi erga deos vestros deprehendemini, qui plus timoris humano dominio dicatis. Citius denique apud vos per omnes deos quam per unum genium Caesaris peieratur.

---

1 XXVIII de genio imperatoris. Quoniam autem V sed quoniam F *Löfst. II 68; de ambitu verborum* sed-periclitandi *cf. Heinze 434, 1* 3 inducitur EG *Rhen. Gel.* qui abolio quogeretur M 6 qui D *edd.* oratus PM ex *om.* F 7 eisdem F ut L *edd.* 11 maiori . . . callidiori ELM calidiore F *Wal.* 12 etiam merito G *Rhen.* 13 quilibet non omni F quilibet (cuilibet P) non V non cuilibet DG *edd.* quilibet *seclusi, cf. praef. 12; 15, 23* 13 potior est F 14 repraesentaneae LM *Pam. Herald.* representande E 15 deprehendimini BDELM *Wal.* qui F cum V *cf. 13, 1* 16 domino FDEL *Gel. Wal.*

---

3 libens animus: cf. c. 9, 4; 8, 7; 24, 6. ad Scap. 2 (I 540 Oehl.) sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi, cum et hostiae ab animo libenti expostulentur. ab invitis enim sacrificia (dei) non desiderabunt, nisi si contentiosi sint.

5 Scorpiae 10 (168, 22 RW) fulmina prae manu (= praesto) sunt.

Scap. 2 (I 540 Oehl.) tamen humani iuris et naturalis potestatis est unicuique quod putaverit colere, nec alii obest aut prodest alterius religio.

6 sq. de idol. 21 (55, 7 RW) scio quendam, cui dominus ignoscat, cum illi in publico per litem dictum esset: Juppiter tibi sit iratus, respondisse: immo tibi.

8 cf. c. 10, 1.

10 lusus verborum: augustioris — Augusti.

13 cf. c. 30, 1. Plaut. Bacch. 630 mortuus pluris pretist quam ego sum. Salomon. eccl. 9, 4 canis vivus mortuo leone potior.

15 cf. c. 13, 1.

16 sq. ad nat. 1, 10 (78, 8 RW) facilius enim per Caesarem peierantes punirentur quam per ullum Jovem. Min. Fel. 29, 5 sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, Genium, id est daemonium, implorant, et est eis tutius per Jovis Genium peierare quam regis. Tac. ann. 1, 73 Rubrio crimini dabatur violatum periurio nomen Augusti; quae ubi Tiberio notuere, scripsit consulibus non ideo decretum patri suo caelum, ut in perniciem civium is honor verteretur . . . ius iurandum perinde aestimandum, quam si Jovem fefellisset; deorum iniurias dis curae. Sueton. Calig. 27, 3 multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis ad metalla . . . condemnavit . . . nec omnis gravibus de causis, verum male de munere suo opinatos, vel quod numquam per genium suum deierassent.

XXIX. Constet igitur prius, si isti, quibus sacrificatur, salutem imperatoribus vel cuilibet homini inpertire possunt, et ita nos crimini maiestatis addicite si angeli aut daemones, substantia pessimi spiritus, beneficium aliquod operantur, si perditi conservant, si damnati liberant, si denique, quod in conscientia vestra est, mortui vivos tuentur. 2 Nam utique suas primo statuas et imagines et aedes vindicarent, quae, ut opinor, Caesarum milites excubiis salva praestant. Puto autem, et hae ipsae materiae de metallis Caesarum veniunt et tota templa de nutu Caesaris constant. 3 Multi denique dei habuerunt Caesarem iratum; facit ad causam, si et propitium, cum illis aliquid liberalitatis aut privilegii confert. Ita qui sunt in Caesaris potestate, cuius et toti sunt, quomodo habebunt salutem Caesaris in potestate, ut eam praestare posse videantur, quam facilius ipsi a Caesare consequantur? 4 Ideo ergo committimus in maiestatem imperatorum, quia illos non subicimus rebus suis, quia non ludimus de officio salutis ipsorum, qui eam non putamus in manibus esse plumbatis! 5 Sed vos religiosi, qui eam quaeritis ubi non est, petitis

1 XXVIIII an possint prodesse idola. Constet V 2 imperator F1 imperatori E inpertiri D *edd.* possint EL 3 maiestatis *om.* D *edd.* 5 quod] quos F *om.* G in *om.* DL 6 iam *edd* vindicarent F *Wal. Col.* tuerentur V 7 excubiis suis BDEM 8 et hae F *Rau. Wal. Col. om.* E et D ea et B ea L 11 aut liberalitatis F *Wal.* itaque sunt FG in — 12 sunt *om.* LM 12 cuius et nunc et toti sumus F 14 consequuntur DEG *Rhen. Gel.* XXX de potestate imperatorum. Ideo V ergo V enim F *Wal.* imperatorum E *edd.* imperatoris V 17 religiosi FD *edd.* inreligiosi V

6 sqq. Cypr. ad Demetr. 14 vel si quid diis tuis numinis et potestatis est, ipsi in ultionem suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant. at quit praestare colentibus possunt qui se de non colentibus vindicare non possunt? nam si eo qui vindicatur pluris est ille qui vindicat, tu diis tuis maior es. si ergo his quos colis maior es, non tu eos colere, sed ab illis coli debes. sic illos laesos ultio vestra defendit, quomodo et clausos ne pereant tutela vestra custodit. pudeat te eos colere quos ipse defendis, pudeat tutelam de iis sperare quos tu tuteris. Arnob. 6, 20 o isti, si apertum vobis et liquidum est, in signorum visceribus deos vivere atque habitare caelites, cur eos sub validissimis clavibus ingentibusque sub claustris, sub repagulis, pessulis aliisque huiusmodi rebus custoditis, conservatis atque habetis inclusos, ac ne forte fur aliquis aut nocturnus inrepat latro, aedituis mille protegitis atque excubitoribus mille? Justin. apol. 1, 9, 5 *ὢ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθαι καὶ μεταποιεῖν καὶ τῶν ἱερέων, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας.*

9 sq. cf. Sueton. Cal. 22, 4 cum Capitolino Jove secreto fabulatur (Caligula), modo insusurrans ac praebens invicem aurem, modo clarius nec sine iurgiis. nam vox comminantis audita est *ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ.*

10 sq. cf. e. g. Sueton. Aug. 30, 2 aedes sacras vetustate conlapsas aut incendio absumptas refecit easque et ceteras opulentissimis donis adornavit, ut qui in cellam Capitolini Jovis sedecim milia pondo auri gemmasque ac margaritas quingenties sestertium una donatione contulerit.

11 ad Scap. 2, cf. ad c. 30, 3.

12 Lact. div. inst. 1, 11, 42 deo, qui verus pater est, per quem sumus et cuius toti sumus.

17 cf. Min. Fel. 24, 8 ecce plumbatur construitur erigitur (deus).
religiosi: ironice; cf. c. 6, 1; 15, 4; 35, 8.

a quibus dari non potest, praeterito eo, in cuius est potestate, insuper debellatis, qui eam sciunt petere, qui etiam possunt inpetrare, dum sciunt petere!

XXX. Nos enim pro salute imperatorum deum invocamus aeternum, deum verum, deum vivum, quem et ipsi imperatores propitium sibi praeter ceteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium; sciunt, qua homines, quis et animam; sentiunt eum esse deum solum, in cuius solius potestate sunt, a quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes et super omnes deos. Quidni? cum super omnes homines, qui utique viventes mortuis antistant. 2 Recogitant quousque vires imperii sui valeant, et ita deum intellegunt; adversus quem valere non possunt, per eum valere se cognoscunt. Caelum denique debellet imperator, caelum captivum triumpho suo invehat, caelo mittat excubias, caelo vectigalia inponat. Non potest. 3 Ideo magnus est, quia caelo minor est; illius enim est ipse, cuius et caelum est et omnis creatura. Inde est imperator, unde et homo antequam imperator, inde potestas illi, unde et spiritus. 4 Illuc sursum suspicientes christiani manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus,

---

1 praeterito (pretereo E) eo V praeteritis eum F; *cf. 37, 2* praeteritis vobis 2 debellatis F eos debellatis V *Col.* qui — petere *om.* ELM dum V cum F 4 vocemus G *Rhen.* 5 verum et *Rhen Gel.* 6 mallent F 7 animas LM deum eum esse BELM eum deum esse DG *Rehn. Herald.* 8 quo sint PBLM *Col.* 9 deos — omnes *om.* FELM 10 viventes F vivunt et V antestant F recogitent F 11 sui *om.* DG *Rhen. Gel.* 16 antiqui M 17 sursum F *om.* V; *cf. Lact. epit. 20, 4, 10* suscipientes P[1]BDLM 18 nudato F *Wal.*

---

3 Acta Cypr. 1 hunc (deum) deprecamur diebus ac noctibus pro nobis et pro omnibus hominibus et pro incolumitate ipsorum imperatorum; cf. c. 31, 3; 32, 1; 39, 2. Justin. apol. 1, 17, 3 *ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν . . . βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὑρεθῆναι.*

5 Paul., ad Thess. 1, 9; Lact. div. inst. 2, 1, 5 vero ac vivo deo; epit. 20, 10 deum verum et vivum.

6 Clem. ad Cor. 61 *σύ, δέσποτα, ἔδωκας τὴν ἐξουσίαν τῆς βασιλείας αὐτοῖς.*

10 cf. c. 28, 2.

14 sqq. ad Scap. 2 (I 541 Oehl.) imperatoris, quem sciens (christianus) a deo suo constitui necesse est ut et ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto Romano imperio, quousque saeculum stabit: tamdiu enim stabit. colimus ergo et imperatorem sic quomodo et nobis licet et ipsi expedit, ut hominem a deo secundum et quicquid est a deo consecutum et solo deo minorem. hoc et ipse volet. sic enim omnibus maior est, dum solo vero deo minor est. sic et ipsis deis maior est, dum et ipsi in potestate sunt eius.

17 cf. Lact. epit. 20, 4 (691, 3 B) quodsi sursum oculos suos tollerent ac deum intuerentur; 10 (692, 13) sursum autem spectat qui deum verum et vivum, qui est in caelo, suspicit.

18 de orat. 14 (189, 12 RW) nos vero non attollimus tantum, sed etiam expandimus (manus) et de dominica passione modulati et orantes confitemur Christum. Min. Fel. 29, 8 crucis signum est, et cum homo porrectis manibus deum pura mente veneratur.

de orat. 13 (188, 18 RW) ceterum quae ratio est, manibus quidem ablutis,

denique sine monitore, quia de pectore oramus, precantes sumus semper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quaecumque hominis et Caesaris vota sunt. 5 Haec ab alio orare non possum quam a quo me scio consecuturum, quoniam et ipse est, qui solus praestat, et ego sum, cui impetrare debetur, famulus eius, qui eum solus observo, qui pro disciplina eius occidor, qui ei offero opimam et maiorem hostiam quam ipse mandavit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam, 6 non grana turis unius assis, Arabicae arboris lacrimas, nec duas meri guttas, nec sanguinem reprobi bovis mori

4 et quaecumque D *edd.* 5 hoc DL scio me D *edd.* me sciam L 7 solum DEG *edd.* pro disciplina F propter disciplinam V *Col. cf. Lact.* 7, 5, 16 occidor *om.* D 11 bovis] hominis D *Rhen Gel. Pam.*

spiritu vero sordente orationem obire, quando et ipsis manibus spiritales munditiae sint necessariae, ut a falso, a caede, a saevitia, a veneficiis, ab idolatria ceterisque maculis . . . purae alleventur?

Macrob. 3, 6, 17 custoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant. hoc fit, ne quis in aede dei habitum eius imitetur, nam ipse ibi operto est capite . . . Gavius Bassus idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara Maxima ante adventum Aeneae in Italia constituta est, qui hunc ritum velandi capitis invenit.

1 Plin. n. h. 28, 2, 11 videmusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus et, ne quid verborum praetereatur aut praeposterum dicatur, de scripto praeire aliquem rursusque alium custodem dari qui attendat, alium vero praeponi qui favere linguis iubeat. Senec. apud. Aug. civ. dei 6, 10 in Capitolium perveni, pudebit publicatae dementiae, quod sibi vanus furor adtribuit officii. alius nomina dei subicit, alius horas Jovi nuntiat.

2 sq. Cypr. ad Demetr. 20 (365, 23 H) pro arcendis hostibus et imbribus impetrandis et vel auferendis vel temperandis adversis rogamus semper et precibus fundimus et pro pace ac salute vestra propitiantes et placantes deum diebus ac noctibus iugiter atque instanter oramus. Clem. Alex. Strom. 7, 7, 35; 1 *οὐκ ἐν ἐξαιρέτοις ἡμέραις, ἀλλὰ συνεχῶς τὸν ὅλον βίον τοῦτο πράττοντες.* Acta s. Sebast. 23, 87 (MPL 17, 1056 C) quorum (christianorum) orationibus ipsa res publica melioratur et crescit, qui pro imperio vestro et pro salute Romani exercitus orare non cessant.

3 Arnob. 4, 36 (171, 11 R) in quibus (conventiculis) summus oratur deus, pax cunctis et venia postulatur magistratibus exercitibus regibus familiaribus inimicis. — Maximiani edictum apud Lact. de mort. pers. 34, 5 unde iuxtam hanc indulgentiam nostram debebunt deum suum orare pro salute nostra et rei publicae ac sua, ut undique versum res publica praestetur incolumis et securi vivere in sedibus suis possint.

6 cf. c. 33, 2.

7 sq. cf. loc. dualisticum Lact. div. inst. 7, 5, 16 (604 B) cum neque cruciatum neque mortem pro fide recusamus.

8 sq. Min. Fel. 32, 2 hostias et victimas deo offeram, quas in usum mei protulit, ut reiciam ei suum munus? ingratum est, cum sit litabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera sententia. igitur qui innocentiam colit, deo supplicat; Scap. 2 (I 542 Oehl.) itaque et sacrificamus pro salute imperatoris, sed deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit deus, pura mente.

10 sq. Arnob. 7, 27 (261, 7 R) ne forte ignoretis, quid aut unde sit thus istud: viscum est . . . ceraso resina lacrimabili destillatione coalescens. 29 merum thuris est socium. 36 (270, 6 R) vos mero, vos thure honorem arbitramini diis addi et eorum augescere dignitates.

11 reprobi: cf. c. 14, 1.

optantis, et post omnia inquinamenta etiam conscientiam spurcam: ut mirer, cum hostiae probantur penes vos a vitiosissimis sacerdotibus, cur praecordia potius victimarum quam ipsorum sacrificantium examinantur. 7 Sic itaque nos ad deum expansos ungulae fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, bestiae insiliant: paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis christiani. Hoc agite, boni praesides, extorquete animam deo supplicantem pro imperatore. Hic erit crimen, ubi veritas et dei devotio est!

XXXI. Adulati nunc sumus imperatori et mentiti vota, quae diximus, ad evadendam scilicet vim! Plane proficit ista fallacia; admittitis nos enim probare quodcumque defendimus. Qui ergo putaveris nihil nos de salute Caesarum curare, inspice dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi subprimimus et plerique casus ad extraneos transferunt. 2 Scitote ex illis, praeceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis deum orare et persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici et persecutores christianorum quam de quorum maiestate convenimur in crimen? 3 Sed etiam nominatim atque manifeste: 'Orate', inquit, 'pro regibus et pro principibus et potestatibus, ut omnia tranquilla sint vobis.' Cum enim concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eius utique et nos, licet extranei [a turbis aestimemur], in aliquo loco casus invenimur.

XXXII. Est et alia maior necessitas nobis orandi pro imperatoribus,

---

2 probentur D *Rhen. Gel.* 3 cur *edd.* cum quibus V cum cuivis *Oehl.* cumque ab iis *Löfst. II 71* 7 agite boni praesides] te boni agri (agi M) praesides LM boni praesides agite E 8 veritas est dei et F *Wal.* veritas dei et *Oehl.* est *om.* F *Wal. Col.* 9 XXXI de oratione pro inimicis. Adulati V 10 plane V *Wal.* tamen F *Col. cf. Heinze 439, 1 Hoppe I 112 Thörnell Eranos 16 (1916) 139 sqq.* admittis LM 11 enim nos DE *edd.* putas *edd.* 14 esse] est LM 19 omnia *om.* F 21 a turbis aestimemur *(om.* F *Wal.)* FV *seclusi* 22 XXXII item pro imperio et potestate imperatoris. Est V nobis *om.* M

---

4 sq. de pud. 22 (271, 23 RW) puta nunc sub gladio iam capiti librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leoni concesso, puta in axe iam incendio adstructo. Lact. de mort. pers. 16, 8 nihil adversus te ungulae, nihil ignes, nihil ferrum, nihil varia tormentorum genera valuerunt.

10 fallacia scl. christianorum, qui vestra sententia vota pro imperatoribus mentiti sunt. quia autem pagani haec rati christianis apud iudices se defendere non permittunt, Tertullianus litteris ea probare admittitur. (cf. c. 1, 1).

14 praeceptum: Matth. 5, 43 sqq. et saepius.

15 ad Scap. 1 (I 539 Oehl.) ita enim disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro iis qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta et propria bonitas nostra, non communis. amicos autem diligere omnium est, inimicos autem solum christianorum. — Matth. 5, 20 nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.

17 convenimur: cf. c. 10, 1; 35, 5.

18 Paul. ad Tim. 1, 2, 1 sq. obsecro igitur primum fieri orationes . . . pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus. Rom. 13, 1; Tit. 3, 1; Petr. 1, 2, 13 sq.; cf. Clem. ad Cor. 60 sq.

et ita pro statu imperii rebusque Romanis, qui vim maximam universo orbi inminentem ipsamque clausulam saeculi acerbitates horrendas conminantem Romani imperii commeatu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, et dum precamur differri, Romanae diuturnitati favemus.

2 Sed et iuramus, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis. Nescitis genios daemonas dici et inde diminutiva voce daemonia? Nos iudicium dei suspicimus in imperatoribus, qui gentibus illos praefecit. 3 Id in eis scimus esse, quod deus voluit, ideoque et salvum volumus esse quod deus voluit, et pro magno id iuramento habemus. Ceterum daemonas, id est genios, adiurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non deierare, ut eis honorem divinitatis conferamus.

XXXIII. Sed quid ego amplius de religione atque pietate christiana in imperatorem? Quem necesse est suspiciamus ut eum, quem dominus

---

1 et ita pro statu (= securitate) *scripsi* et ita universo orbe (*ex lin.* 2) et statu F etiam (et E) pro omni statu (= ordine) V *quod ex precationibus ecclesiasticis sumptum esse puto; cf. adnot.* quod *edd.* 2 clausulam cladem ELM 4 nolimus B volumus E 6 et sic iuramus non F; *cf. praef. 9* 8 suscipimus PL 10 ideoque — voluit *om.* DEGLM *Rhen. Gel. Herald.* esse *om.* F *Wal.* 11 id iuramento] adiuramento F adiumento D 12 de FV ex ELM exigamus V expellamus F *Wal.* 13 illis DG *edd.* 14 XXXIII pro imperatore. Sed V 15 imperatorem E *Col. Hoppe II 27* imperatore *rell.* quam *Rhen.*

---

1 sqq. cf. c. 30, 4; 39, 2. Lact. de mort. pers. 34 (cf. ad c. 30, 4). Acta s. Sebast. 23, 85 (MPL 17, 1056 A) pro salute tua semper Christum colui et pro statu Romani orbis illum, qui in caelis est, semper adoravi. Tert. ad Scap. 2 (I 541 Oehl.) imperatoris, quem sciens a deo suo constitui necesse est, ut et ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto Romano imperio, quousque saeculum stabit: tamdiu enim stabit.

6 Pass. Scillit. 4 (Saturninus iudex): iuramus per genium domini nostri imperatoris. Euseb. h. e. 4, 15, 18 ex martyrio Polycarpi (*ὁ ἀνθύπατος ἔπειθεν*) „*ὄμοσον τὴν καίσαρος τύχην*“. Orig. c. Cels. 8, 65 p. 791 *τύχην μέντοι βασιλέως οὐκ ὄμνυμεν ὡς οὐδ᾽ ἄλλον νομιζόμενον θεόν . . . ὥς τισιν ἔδοξεν εἰποῦσιν· τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως τὸν δαίμονα ὀμνῦσιν οἱ τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύοντες, δαίμων ἐστὶν ἡ ὀνομαζομένη τύχη τοῦ βασιλέως.* Acta s. Apollon. 4, 6 *ὄμοσον τὴν τύχην τοῦ κυρίου ἡμῶν Κομόδου.*

7 sq. de an. 39 (367, 1 RW) sic et omnibus genii deputantur, quod daemonum nomen est. Lact. div. inst. 2, 14, 12 (spiritus contaminati) sibi geniorum nomen adsumunt; sic enim latino sermone daemonas interpretantur. Min. Fel. 29, 5 genium, id est daemonium implorant.

12 adiurare: *ἐξορκίζειν*. Cypr. quod idola d. n. s. 7 hi tamen adiurati per deum verum nobis statim cedunt et fatentur et de obsessis corporibus exire coguntur. ad Demetr. 15 o si audire eos velis et videre, quando adiurantur a nobis, torquentur spiritalibus flagris et verborum tormentis de obsessis corporibus eiciuntur.

12 test. an. 3 (137, 20 RW) cum daemonia affirmamus esse, sane, quasi non et probemus, qui ea solis de corporibus exigimus. Min. Fel. 27, 5 quotiens a nobis tormentis verborum et orationis incendiis de corporibus exiguntur.

ad nat. 1, 17 (89, 1 RW) inreligiosi dicamur in Caesares, neque imagines eorum ture propitiando neque genios deierando.

noster elegit, ut merito dixerim: 'Noster est magis Caesar, a nostro deo constitutus'. 2 Itaque ut meo plus ego illi operor in salutem, si quidem non solum ab eo eam postulo, qui potest praestare, aut quod talis postulo, qui merear inpetrare, sed etiam quod temperans maiestatem Caesaris infra deum magis illum commendo deo, cui soli subicio; subicio autem cui non adaequo. 3 Non enim deum imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se deum volet dici. Si homo sit, interest homini deo cedere; satis habeat adpellari imperator; grande et hoc nomen est, quod a deo traditur. Negat illum imperatorem, qui deum dicit; nisi homo sit, non est imperator. 4 Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur; suggeritur enim ei a tergo: 'Respice post te! hominem te memento!' Et utique hoc magis gaudet, tanta se gloria coruscare, ut illi monitio condicionis suae sit necessaria. Minor erat, si tunc deus diceretur, quia non vere diceretur. Maior est qui revocatur, ne se deum existimet.

XXXIV. Augustus, imperii formator, ne dominum quidem dici se

1 noster *(prius)* D *Rhen. Gel.* est a nostro D *edd.* 2 si quidem non solum V *Wal. Thörnell Eranos 16 (1916) 109* non solum quod F *Rau. Col.* 3 ab eo eam postulo *scripsi coll. ad Scap. 2 (I 542 Oehl.)*. eam ab eo postulo F *Rau. Col.* ab eo postulo eam V *edd. Wal.* 5 eum subicio F *Wal.* 9 habet F *Wal. Col.* grande — *lin. 11* imperator *om.* M 13 te esse memento F memento te D *edd.* etiam DG *Rhen.* 14 monitio F admonitio V; *Löfst. II 47 cf. 30, 4* sine monitore; *Scap. 3 (I 545 Oehl.)* tibi quoque optamus monitionem solam fuisse 17 XXXIIII de Augusto imperatore. Augustus V

1 cf. c. 32, 2. Min. Fel. 29, 5 etiam principibus et regibus, non ut magnis et electis viris, sicut fas est, sed ut deis turpiter adulatio blanditur, cum et praeclaro viro honor verius et optimo amor dulcius praebeatur. sic eorum numen vocant.

2 sq. cf. c. 30, 5. ad Scap. 2 (I 542 Oehl.) ita nos magis pro salute imperatoris, ab eo eam postulantes qui praestare potest.

7 sq. ad nat. 1, 17 (89, 20 RW) immo qui deum Caesarem dicitis et deridetis, dicendo quod non est, et maledicitis, quia non vult esse quod dicitis. mavult enim vivere quam deus fieri. ad Scap. 2 (I 541 Oehl.); cf. ad 30, 3. Min. Fel. 24, 2 invitis his denique hoc nomen adscribitur, optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt, etsi iam senes nolunt. — Sueton. Vesp. 23, 4 (Vespasianus) prima quoque morbi accessione: vae, inquit, puto deus fio.

11 sqq. Juven. 10, 42 et sibi consul ne placeat, curru servus portatur eodem. Isidor. etym. 18, 2, 6 (de triumphis) inde et colore rufo perliniebantur, quasi imitarentur divini ignis effigiem. quod vero a carnifice contingebantur, id esse indicium ut ad tantum fastigium evecti mediocritatis humanae commonerentur. Hieron. ep. 39, 2 monitor quidam humanae imbecillitatis adponitur in similitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhaerebat per singulas acclamationes civium dicens: hominem te esse memento Plin. n. h. 28, 39 quamquam illos religione muta tutatur et fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur et currus triumphantium sub his pendens defendit medicus invidiae iubetque eosdem respicere similis medicina linguae, ut sit exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex.

17 de an. 46 (376, 9 RW) reformatorem imperii .. Julium Octavium. Sueton. Aug. 53, 1 domini appellationem ut maledictum et obprobrium semper exhorruit . . . dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est. Tib. 27 dominus appellatus a quodam denuntiavit, ne se amplius contumeliae causa nominaret.

volebat. Et hoc enim dei est cognomen. Dicam plane imperatorem dominum, sed more communi, sed quando non cogor, ut dominum dei vice dicam. Ceterum liber sum illi; dominus enim meus unus est, deus omnipotens aeternus, idem qui et ipsius. 2 Qui pater patriae est, quomodo dominus est? Sed et gratius est nomen pietatis quam potestatis; etiam familiae magis patres quam domini vocantur. Tanto abest, ut imperator deus debeat dici non modo turpissima sed et perniciosa adulatione, [quod non potest credi]. 3 Si habens imperatorem alterum adpelles, nonne maximam et inexorabilem offensam contrahes eius, quem habuisti, etiam ipsi timendam, quem adpellasti? Esto religiosus in deum, qui vis illum propitium imperatori. Desine alium deum credere atque ita et hunc deum dicere, cui deo opus est. 4 Si non de mendacio erubescit adulatio eiusmodi hominem deum adpellans, timeat saltim de infausto: maledictum est ante apotheosin deum Caesarem nuncupare; scito te isto nomine male velle et male

---

2 sed more communi *om.* F *sed cf. c. 17, 2*; *Thörnell, Eranos 16 (1916) 127* 4 et aeternus *Herald. Rig. Rau.* deus aeternus LM *Gel. Pam.* quomodo qui pater F 5 quomodo *om.* F nomen est D *edd.* 7 abest] habem M non modo] nisi *Gel. Pam.* 8 quod non potest credi *seclus. Col. post* dici *inser.* V *Oehl. Wal. qui* credi *inclus. post* adulatione F si F *Rau. Wal. Col.* tamquam si V 9 inexplicabilem LM 12 deo V deis F 14 maledictum est V male traditum F 15 nuncupare FDG *edd.* nuucupari PBELM *Oehl. Rau.* scito — accedit F *Wal. om.* V *Heinze 386, exiderunt 5 lineae* scito *Wal.* scio F

---

1 sq. Senec. ep. 3, 1 quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. — de baptismo 11 (210, 10 RW) sed simpliciter dictum more communi. Cic. or. 11, 36 Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum.

3 de ieiun. 13 (291, 24 RW) ego me saeculo, non deo liberum memini.

4 sq. de or. 2 (182, 2 RW) dicendo autem patrem deum quoque cognominamus. appellatio ista et pietatis et potestatis est. Plin. pan. 2 non de domino, sed de patre loquimur.

6 Senec. ep. 47, 14 ne illud quidem videtis. quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint: dominum patrem familiae adpellaverunt; servos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares.

8 Min. Fel. 29, 5 cf. ad c. 33, 1.

7 sqq. Theophil. ad Autol. 1, 11 *ὅτι (ὁ βασιλεὺς) οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι γέγονεν, ἀλλὰ εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ. θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἄνθρωπος ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν. τρόπῳ γάρ τινι παρὰ θεοῦ οἰκονομίαν πεπίστευται· καὶ γὰρ αὐτὸς οὓς ἔχει ὑφ᾿ ἑαυτὸν τεταγμένους οὐ βούλεται βασιλεῖς καλεῖσθαι· τὸ γὰρ βασιλεὺς αὐτοῦ ἐστιν ὄνομα καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐξόν ἐστιν τοῦτο καλεῖσθαι. οὕτως οὐδὲ προσκυνεῖσθαι ἀλλ᾿ ἢ μόνῳ θεῷ.*

14 sq. ad nat. 1, 17 cf. ad c. 33, 3. Tac. ann. 15, 74 (cum consul quidam pro sententia dixisset ut templum divo Neroni publica pecunia poneretur, Nero ipse prohibuit, ne interpretatione) quorundam ad omen malum sui exitus verteretur; nam deum honor principi non ante habetur quam agere inter homines desierit. Spartian. vita Ant. Getae 2, 8 Bassianus (= Caracallus) cum eum (Getam) occidisset ac . . . audiret posse mitigari facinus, si divum fratrem appellaret, dixisse fertur: sit divus, dum non sit vivus.

15 sq. male velle: cf. c. 36, 4. Lact. epit. 59, 2 nec detrahet aut male volet. — Apul. met. 9, 23 crurum ei fragium abominata.

abominari, ut <qui> vivente adhuc imperatore deum appelles, quod nomen illi mortuo accedit.

XXXV. Propterea igitur publici hostes christiani, quia imperatoribus neque vanos neque mentientes neque temerarios honores dicant, quia verae religionis homines etiam solemnia eorum conscientia potius quam lascivia celebrant. 2 Grande videlicet officium focos et toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernae habitu abolefacere, vino lutum cogere, catervatim cursitare ad iniurias, ad inpudentias, ad libidinis inlecebras. Sicine exprimitur publicum gaudium per dedecus publicum? Haecine solemnes dies principum decent, quae alios dies non decent? 3 Qui observant disciplinam de Caesaris respectu, hi eam propter Caesarem deserunt et malorum morum licentia pietas erit, occasio luxuriae religio deputabitur? 4 O nos merito damnandos! Cur enim vota et gaudia Caesarum casti et sobrii et probi expungimus? Cur die laeto non laureis postes obumbramus

1 ut qui *scripsi* ut F *Wal.* viventem ... imperatorem *Junius, sed cf. ad nat. 2, 2* 2 mortuo accedit *Junius* mortuum accidit F 3 XXXV de sollemnibus Caesarum. Propterea V publico LM an quia F qui LM 6 choros DEG *Rhen.* 7 deducere F *Wal. Col.* in tabernae habitum F abolefacere V demutare F 8 vinolentum cogere LM vinulentiam facere F inpudicitias F *Wal.* 9 libidinis inlecebras V *Col.* libidinum ludibria F *Rau. Wal.* sic enim F 10 publicum dedecus D *edd.* dies] dixi F decernunt que F 11 alias F dies *om.* ELM decet F qui V quae F

1 vivente imperatore: de abl. abs. cf. ad nat. 2, 2 (96, 7 RW) invento enim solo deo non ut invenerunt exposuerunt. (cf. c. 47, 5).

2 mortuo accedit: Min. Fel. 24, 2 cf. ad c. 33, 3.

3 sqq. ad nat. 1, 17 (88, 25 RW) prima obstinatio est quae secunda a deis religio constituitur Caesarianae maiestatis, quod inreligiosi dicamur in Caesares neque imagines eorum ture propitiando neque genios deierando. hostes populi nuncupamur. cf. c. 2, 4; 35, 5; 35, 10.

5 spect. 6 (8, 8 RW) reliqui ludorum de natalibus et sollemnibus regum et publicis prosperitatibus et municipalibus festis superstitionibus causas habent. — sunt autem sollemnia Caesarum dies natales Caesarum et imperii et vota publica vel annualia vel quinquennalia, decenalia, vicenalia.

7 cf. c. 42, 5. Tac. ann. 15, 37, 1 ipse (Nero) quo fidem adquireret nihil usquam perinde laetum sibi, publicis locis struere convivia totaque urbi quasi domo uti. et celeberrimae luxu famaque epulae fuere. Juven. 6, 79 longa per angustos pulpita vicos. Joseph. bell. Jud. 7, 4, 73 κατὰ φυλὰς καὶ γένη καὶ γειτονίας ποιούμενα τὰς ἑστιάσεις ηὔχοντο τῷ θεῷ σπένδοντες.

7 sq. de cultu fem. 1, 3 (I 705 Oehl.) proinde potuit abolefactam eam (scripturam) violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare. exhort. cast. 6 (I 746 Oehl.) abolefecit „crescite" illud „et multiplicabimini". Mart. 7, 60 nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

8 Cic. Phil. 2, 105 natabant pavimenta vino. Hor. c. 2, 14, 26 et mero tinget pavimentum superbis pontificum potiore cenis.

8 cf. c. 39, 19. — Lact. div. inst. 6, 22, 3 inlecebrae istae voluptatum arma sunt. cf. § 3 occasio luxuriae.

13 de idol. 1 (31, 3 RW) in illa (idolatria) et concupiscentiae saeculi. quae enim idolatriae sollemnitas sine ambitione cultus et ornatus? in illa lasciviae et ebrietates, cum plurimum victus et ventris et libidinis causa frequententur.

15 sqq. de idol. 15 (48, 1 RW) honor dei est lucernae pro foribus et laurus in postibus? (49, 10) accendant igitur quotidie lucernas, quibus lux nulla est, affi-

nec lucernis diem infringimus? Honesta res est, solemnitate publica exigente induere domui tuae habitum alicuius novi lupanaris.

5 Velim tamen in hac quoque religione secundae maiestatis, de qua in secundum sacrilegium convenimur christiani non celebrando vobiscum solemnia Caesarum, quo more celebrari nec modestia nec verecundia nec pudicitia permittunt, sed occasio voluptatis magis quam digna ratio persuasit, fidem et veritatem vestram demonstrare, ne forte et istic deteriores christianis deprehendantur qui nos nolunt Romanos haberi, sed ut hostes principum Romanorum. 6 Ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem convenio, an alicui Caesari suo parcat illa lingua Romana? Testis est Tiberis et scholae bestiarum. 7 Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia insculpta parerent novi ac novi Caesaris scenam congiario dividundo praesidentis, etiam illa hora, qua reclamant: 'De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos!' Haec christianus tam pronuntiare non novit quam de novo Caesare optare.

1 effringimus F 5 more V modo F *Wal.* celebrari nec V celebranda F *Wal.* 5 si nec modestia nec — permittunt *post* persuasit *pos.* F *cf. praef. 13* 6 sed *om.* F voluntatis F 7 nostram F 9 ut *om. edd.* 10 ipsamque F *Wal.* 12 pectoribus humanis F *Wal.* transducendum F quoddam F 13 inculta P²G pareret F apparent PBDGL apparerent E *edd. Col.* 14 novum ac novum Caesarem F scena F; *cf. Löfst. I 107, 1* conceario F praesidentem F praesentis LM 15 reclamant F adclamant V *cf. pud. 5 (227, 4 RW)* reclamabunt: noster hic cuneus est tibi Juppiter augeat *Haverc.* augeat tibi Juppiter FV 16 haec V sed F 16 pronuntiare F enuntiare V, *quae tamen vox in Apologetico non legitur* de novo Caesare V novum Caesarem F *Rau.*

gant postibus lauros postmodum arsuras, quibus ignes imminent; illis conpetunt et testimonia tenebrarum et auspicia poenarum ... si templis renuntiasti, ne feceris templum ianuam tuam. minus dixi: si lupanaribus renuntiasti, ne indueris domui tuae faciem novi lupanaris. de cor. 13 (I 449 Oehl.) coronant et publicos ordines laureis publicae causae. (453) ceterum a saeculo coronantur et lupanaria et latrinae et pistrinae et carcer et ludus et ipsa amphitheatra et ipsa spoliaria ipsaeque libitinae. ad uxor. 2, 6 et procedet (ancilla dei) de ianua laureata et lucernata ut de novo consistorio libidinum publicarum. Juven. 6, 79 ornentur postes et grandi ianua lauro. 6, 227 ornatas paulo ante fores, pendentia linquit Vela domus et adhuc viridis in limine ramos. 12, 91 cuncta nitent, longos erexit ianua ramos Et matutinis operatur festa lucernis. Apul. met. 4, 26 domus tota lauris obsita, taedis lucida constrepebat hymenaeum.

3 sq. ad nat. 1, 17 cf. ad c. 33, 1.

10 sq. ad nat. 1, 17 (89, 12 RW) vanitatis sacrilegia conveniam et ipsius vernaculae gentis inreverentiam recognoscam et festivos libellos, quos statuae sciunt et illa obliqua nonnumquam dicta a concilio atque maledicta quae circi sonant. si non armis, saltim lingua semper rebelles estis.

13 praecordia insculpta scenam: cf. Verg. ecl. 3, 106 quibus in terris inscripti nomina regum nascantur flores. Min. Fel. 16, 5 omnes homines natura insitos esse sapientiam. 20, 3 Centauros equos suis hominibus implexos.

15 de res. carn. 22 (56, 11 K) omni adhuc popularium coetu reclamante: christianos ad leonem. de spect. 25 (25, 17 RW) ex ore, quo Amen in Sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος alii omnino dicere nisi deo et Christo? Ovid. fast. 1, 613 augeat imperium nostri ducis, augeat an-

8 'Sed vulgus', inquis. Ut vulgus, tamen Romani, nec ulli magis depostulatores christianorum quam vulgus. Plane ceteri ordines pro auctoritate religiosi ex fide; nihil hosticum de ipso senatu, de equite, de castris, de palatiis ipsis spirat. 9 Unde Cassii et Nigri et Albini? unde qui inter duas laurus obsident Caesarem? unde qui faucibus eius exprimendis palaestricam exercent? unde qui armati palatium

2 depopulatores F 3 aequitate F 4 spirat *Haverc.* spirant V *edd.* 5 laurus T lauros DEG *edd.* laureos LM

nos, Protegat et vestras querna corona fores, Auspiciisque deis tanti cognominis heres Omine suscipiat, quo pater, orbis onus! CIL VI 2086, 17 et adclamaverunt: Felicissime, Felicissime! te salvo et victore felicissime . . . de nostris annis augeat tibi Juppiter annos! Dio Cass. 72, 20 *πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπεβοῶμεν τά τε ἄλλα ὅσα ἐκελευόμεθα καὶ αὐτὸ τοῦτο συνεχῶς· „καὶ κύριος εἶ καὶ πρῶτος εἶ καὶ πάντων εὐτυχέστατος. νικᾷς, νικήσεις. ἀπ' αἰῶνος, 'Αμαζόνιε νικᾷς"*. Hor. ep. 1, 17, 62 „quaere peregrinum" reclamat. Val. Flacc. 3, 596 rursus Hylan et rurus Hylan per longa reclamat avia. 8, 172 dominamque reclamant nomine.

2 de postulatores . . . vulgus: cf. c. 37, 2.

2 sqq. ad nat. 1, 17 (89, 5 RW) vos tamen de nostris adversus nostros conspiratis. agnoscimus sane Romanam in Caesares fidem. nulla unquam coniuratio erupit, nullus in senatu vel in palatiis ipsis sanguis Caesaris notam fixit, nulla in provinciis adfectata maiestas. adhuc Syriae cadaverum odoribus spirant, adhuc Galliae Rhodano suo non lavant. ad Scap. 2 (I 541 Oehl.) sic et circa maiestatem imperatoris infamamur, tamen nusquam Albiniani nec Nigriani vel Cassiani inveniri potuerunt christiani, sed idem ipsi qui per genios eorum in pridie usque iuraverant, qui pro salute eorum hostias et fecerant et voverant, qui christianos saepe damnaverant, hostes eorum sunt reperti.

4 Jul. Capit. M. Ant. 24, 5 (Marcus Antonius) voluit Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere, et fecisset, nisi Avidius Cassius rebellasset sub eodem in oriente. Dio Cass. 71, 21 sq. Vitam Cassii descripsit Vulcacius Gallicanus.

Ael. Spartian. vita Pescennii Nigri 1, 3 Pescennius ergo Niger, ut alii tradunt, modicis parentibus, ut alii, nobilibus fuisse dicitur, patre Annio Fusco, matre Lampridia, avo curatore Aquini, ex qua familia originem ducebat; quod quidem dubium etiam nunc habetur. hic eruditus mediocriter litteris, moribus ferox, divitiis immodicus, vita parcus, libidinis effrenatae ad omne genus cupiditatum, ordines diu duxit multique ducatibus pervenit, ut exercitus Syriacos iussu Commodi regeret, suffragio maxime athletae qui Commodum strangulavit, ut omnia tunc fiebant.

Jul. Capitol. vita Clodii Albini 1, 1 uno eodemque prope tempore post Pertinacem, qui auctore Albino interemptus est, Julianus a senatu Romae, Septimius Severus ab exercitu in Syria, Pescennius Niger in oriente, Clodius Albinus in Gallia imperatores appellati.

5 Caesarem: Commodum, quem saepius petitum esse Amm. Marc. 29, 1, 17 refert. Locus „inter duas laurus" cognominatus in regione XIII. urbana situs erat; cf. Chron. pasch. ad annum 455 *τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγη Οὐαλεντιανὸς Αὔγουστος ἐν 'Ρώμῃ μέσον δύο δαφνῶν.*

5 sq. Aurel. Vict. Caesares 17, 9 (Commodus) in palaestram perrexit. ibi per ministrum unguendi (nam forte is quoque e consilio erat) faucibus quasi arte exercitii bracchiorum nodo validius pressis exspiravit.

6 sq. Dio Cass. 73, 9, 2 *διακόσιοι δὲ οἱ τῶν ἄλλων θρασύτεροι καὶ ἐς τὸ παλάτιον τὰ ξίφη ἀνατετακότες ὥρμησαν. οὐδὲ ἔγνω πρότερον προσιόντας ὁ Περτίναξ αὐτοὺς πρὶν ἄνω γενέσθαι.* Jul. Capitol. vita Pertinac. 11, 1 trecenti igitur de castris armati ad imperatorias caedes cuneo facto milites venere . . . 4 sed subito globus ille in palatium pervenit neque aut arceri potuit aut imperatori nuntiari . . . 9 sed cum Tausius quidam, unus e Tungris, in iram et in timorem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Pertinacis obiecit. tunc ille precatus Jovem Ultorem toga caput operuit atque a ceteris confossus est.

inrumpunt, omnibus tot Sigeriis atque Partheniis audaciores? De Romanis, nisi fallor, id est de non christianis. 10 Atque adeo omnes illi sub ipsa usque inpietatis eruptione et sacra faciebant pro salute imperatoris et genium eius deierabant, alii foris, alii intus, et utique publicorum hostium nomen christianis dabant.

11 Sed et qui nunc scelestarum partium socii aut plausores cottidie revelantur, post vindemiam parricidarum racematio superstes, quam recentissimis et ramosissimis laureis postes praestruebant, quam elatissimis et clarissimis lucernis vestibula nebulabant, quam cultissimis et superbissimis toris forum sibi dividebant, non ut gaudia publica celebrarent, sed ut vota propria iam ediscerent in aliena solemnitate et exemplum atque imaginem spei suae inaugurarent, nomen principis in corde mutantes! 12 Eadem officia dependunt et qui astrologos et haruspices et augures et magos de Caesarum capite consultant; quas artes ut ab angelis desertoribus proditas et a deo interdictas ne suis quidem causis adhibent christiani. 13 Cui autem opus est perscrutari super Caesaris salute, nisi a quo aliquid adversus illam cogitatur

---

1 tot *om.* F *Wal.* 3 usque *om.* F *Wal.* 4 degerebant P[1]LM 7 superest F 9 nubilabant F *Wal. Col.* enubilabant D *edd. in archetypo erat* nuͤbilabant 11 publica propria F *cf. praef. 15* ediscerent F ediserent PB edisserant LM edicerent DG 12 et *om.* DG *edd.* speciei LM 17 salutem ELM 17 cogatur M

---

1 Dio Cass. 67, 15, 1 *ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ (τῷ Δομιτιανῷ) καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν Παρθένιός τε ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ, καίπερ οὕτω τιμώμενος παρ᾽ αὐτοῦ ὡς καὶ ξιφηφορεῖν, καὶ Σιγηρὸς ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν, Ἔντελλός τε ὁ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέπων μετὰ Στεφάνου ἀπελευθέρου.* Sueton. Domit. 16. 17. Martial. 4, 79, 8 Sigeriosque modo Partheniosque sonas.

4 Sall. Cat. 10 aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

6 sqq. cf. c. 2, 8. Septimius Severus anno 197 apud Lugdunum Clodio Albino victo et paulo post mortuo sectatores eius omnes requiri iussit, hostes iudicari a senatu fecit, interemit, bona eorum proposuit atque in aerarium publicum rettulit. cf. Jul. Capitol. vita Clod. Alb. 12.

9 Pers. 5, 180 unctaque fenestra Dispositae pinguem nebulam vomuere lucernae.

14 Ael. Spartian. vita Sever. 15, 5 multos etiam, quasi Chaldaeos aut vates de sua salute consuluissent, interemit (Severus), praecipue suspectans unumquemque idoneum imperio. 4, 3 in Sicilia quasi de imperio vel vates vel Chaldaeos consuluisset, reus factus est. Firm. Matern. mathes. 2, 30, 4 cave ne quando de statu rei publicae vel de vita Romani imperatoris aliquid interroganti respondeas; non enim oportet nec licet, ut de statu rei publicae aliquid nefaria curiositate discamus. Paul. sent. 5, 21, 3 qui de salute principis vel summa re publica mathematicos, ariolos, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit, capite punitur. Tac. ann. 12, 52 Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldaeos scrutaretur.

15 de idol. 9 (38, 3 RW) animadvertimus inter artes etiam professiones quasdam obnoxias idolatriae. de astrologis ne loquendum quidem est . . . unum propono, angelos esse illos desertores dei, amatores feminarum, proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos a deo. Lact. epit. 23, 5 (696, 12 B) idem (daemones) astrologiam prodiderunt et auguratum et aruspicinam . . . ipsi etiam magicae artis praestigias ad circumscribendos oculos repperernnt.

vel optatur, aut post illam speratur et sustinetur? Non enim ea mente de caris consulitur qua de dominis. Aliter curiosa est sollicitudo sanguinis, aliter servitutis.

XXXVI. Si haec ita sunt, ut hostes deprehendantur qui Romani vocabantur, cur nos, qui hostes existimamur, Romani negamur? Non possumus et Romani non esse et hostes esse, cum hostes reperiantur qui Romani habebantur. 2 Adeo pietas et religio et fides imperatoribus debita non in huiusmodi officiis consistit, quibus et hostilitas magis ad velamentum sui potest fungi, sed in his moribus, quibus divinitas imperat tam vere quam circa omnes necesse habet exhiberi. 3 Neque enim haec opera bonae mentis solis imperatoribus debentur a nobis. Nullum bonum sub exceptione personarum administramus, quia nobis praestamus, qui non ab homine aut laudis aut praemii expensum captamus, sed a deo exactore et remuneratore indifferentis benignitatis. 4 Iidem sumus imperatoribus ex ipso qui et vicinis nostris. Male enim velle, male facere, male dicere, male cogitare de quoquam ex aequo vetamur. Quodcumque non licet in imperatorem, id nec in quemquam; quod in neminem, eo forsitan magis nec in ipsum, qui per deum tantus est.

XXXVII. Si inimicos, ut supra diximus, iubemur diligere, quem habemus odisse? Item si laesi vicem referre prohibemur, ne de facto pares simus, quem possumus laedere? 2 Nam de isto ipsi recognoscite. Quotiens enim in christanos desaevitis, partim animis propriis, partim legibus obsequentes? Quotiens etiam praeteritis vobis suo iure nos inimicum vulgus invadit? Ipsis bacchanalium furiis nec mortuis parcunt christianis, quin illos de requie sepulturae, de asylo quodam mortis, iam alios, iam nec totos avellant, dissipent, distrahant. 3 Quid

---

2 caris V Caesaris FM Caesare L Caesaribus E hominis F 4 XXXVI de aequalitate. Si V hostes esse P 5 vocantur FL *Wal. Col. om.* D 7 habeantur *Rhen. Gel.* 8 dedita PBDG *edd.* 10 imperatori *Rau.* eam tam *Wal.* habent F *Oehl.* exhibere F 12 sub] sed GM 14 indifferentia F *Rau.* 15 idem PEGLM ex ipso *om.* V *Col.* 17 in principem LM 18 ipsum imperatorem F *Wal.* 20 XXXVII ne malum contra malum. Si V 21 habebimus G *edd.* item si iidem F *Rau. Wal. cf. praef. 15* 24 sui iure (vice L) ELM 25 *post* invadit *habet* lapidibus et incendiis V *ex c. 48, 1 om.* F *secl. Löfst. I 43* ne mortuis quidem F 26 requie V reliquiis F 27 dissipent F dissecent V *cf. Löfst. I 44; II 74.*

---

1 sustinetur: exspectatur, cf. de paenit. 6 (I 653 Oehl.) quam porro ineptum, quam paenitentiam non adimplere, ei veniam delictorum sustinere? de fuga in persec. 11 (I 480 Oehl.) cum duces fugiunt, quis de gregario numero sustinebit ad gradum in acie figendum suadere?

20 supra: c. 31, 2 sq.; 36, 2.

27 de spect. 12 (14, 21 RW) ferarum voluptati satis non fiebat nisi et feris humana corpora dissiparentur. 21 (22, 10) in amphitheatro derosa et dissipata et in suo sanguine squalentia corpora.

tamen de tam conspiratis umquam denotatis, de tam animatis ad mortem usque pro iniuria repensatis, quando vel una nox pauculis faculis largiter ultionis posset operari, si malum malo dispungi penes nos liceret? Sed absit, ut aut igni humano vindicetur divinitas sectae aut ut doleat pati, in quo probatur.

4 Si enim et hostes exsertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum et copiarum? Possumus dinumerare exercitus vestros. Plures nimirum Mauri et Marcomanni ipsique Parthi; vel quantaecumque unius tamen loci et suorum finium gentes quam totius orbis. Hesterni sumus, et orbem iam et vestra omnia inplevimus, urbes insulas castella municipia conciliabula castra ipsa tribus decurias palatium senatum forum; sola vobis reliquimus templa. 5 Cui bello non idonei, non prompti fuissemus etiam inpares copiis, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere?

6 Potuimus et inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes, solius divortii invidia adversus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem angulum orbis remotissimum abrupissemus a vobis, subfudisset utique dominationem vestram tot qualiumcumque civium amissio, immo etiam et ipsa destitutione punisset. 7 Procul dubio

---

1 denotatis, quid *Col.* 2 repensatum E *Oehl.* repensati *Rau.* 3 possit F *Wal.* dispungi — ut aut *om.* M 4 divinitas sectae F *Wal.* divina secta V 5 ut F *om.* V *Rau. Col. cf. Löfst. I 108 Thörnell, Eranos 16 (1916) 108* 7 exortes LM extractos D iudices PG 7 possumus dinumerare exercitus vestros unius provinciae plures erunt (erimus *Wal.* erunt chistiani *Haverc. Löfst. I 109*) *post* templa *l. 13* F *Wal. Löfst. om.* V *Rau. Col. ipse huc inserui, cf. praef. 14* 10 externi DEGLM *edd.* et orbem iam F *om.* V *Col.* 12 relinquimus EGL *edd.* relinquamus M 15 quam occidere *om.* M 18 angulum F *om.* V *Rau. Wal. Col.* remotissimum F remoti sinum V *Rau. Wal. Col. sed cf. Liv. 38, 59, 6* in ultimum angulum orbis terrarum; *Vell. Pat. 2, 102, 3* in ultimo ac remotissimo terrarum orbis angulo; *Lact. de mort. persec. 3, 5 (II 177, 17 B)* ut iam nullus esset terrarum angulus tam remotus quo non religio dei penetrasset 19 suffudisset pudor F *sed cf. de virg. vel. 2 (I 886 Oehl.)* sancti viri est suffundi, si virginem viderit; *Löfst. I 110* damnationem DLM *Rhen. Gel.* tot — 128, 1 vestram *om.* F qualicumque PB 19 sq. amissio civium D *edd.*

3 cf. Plaut. Rud. 1188 argenti et auri largiter.

dispungi: repensari.

4 sq. Scap. 2 (I 542 Oehl.) absit enim, ut indigne feramus ea nos pati quae optamus, aut ultionem a nobis aliquam machinemur, quam a deo expectamus.

ut aut . . . aut ut: cf. 19, 8 vel ne . . . vel; 21, 24 si aut . . . aut si; Cic. or. 44, 149 ut aut . . . aut ut . . . aut ut.

9 Mauri Marco imperante Hispaniam vastaverunt, idem imperator cum Marcomannis bellum magnis laboribus confecit, contra Parthos Marci frater Verus profectus imperatoris appellationem meruerat; contra Parthos Severus quoque expeditionem hubuit.

10 sq. cf. 1, 2 scit se peregrinum in terris agere. Ep. ad Diognet. 6 *Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις* (*ἐσπαρμένοι εἰσίν*). ad nat. 1, 8 (72, 19 RW) siquidem non ulla gens non christiana.

12 sq. Plin. ep. 10, 96, 10 prope iam desolata templa.

18 adv. Valent. 4 (181, 2 K) de ecclesia authenticae regulae abrupit. adv. Marc. 5, 1 (570, 24 K) a lege creatoris abrupit.

expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et stuporem quendam quasi mortui orbis; quaesissetis quibus imperaretis; plures hostes quam cives vobis remansissent. 8 Nunc enim pauciores hostes habetis prae multitudine christianorum [paene omium civium] paene omnes cives christianos habendo; sed hostes maluistis vocare generis humani potius quam erroris humani.

9 Quis autem vos ab illis occultis et usquequaque vastantibus mentes et valetudines vestras hostibus raperet, a daemoniorum incursibus dico, quae de vobis sine praemio, sine mercede depellimus? Subfecisset hoc solum nostrae ultioni, quod vacua exinde possessio inmundis spiritibus pateretis. 10 Porro nec tanti praesidii conpensationem recogitantes non modo non molestum vobis genus verum etiam necessarium hostes iudicare maluistis, qui sumus plane, non generis humani tamen, sed potius erroris.

XXXVIII. Proinde nec paulo lenius inter inlicitas factiones sectam istam deputari oportebat, a qua nihil tale conmittitur, quale de inlicitis factionibus praecavetur. 2 Nisi fallor enim, prohibendarum

---

1 exprobavissetis L reorum D *Rhen.* 2 mortuae DG *edd.* orbis F urbis V 4 paene omnium civium *seclusi*, *cf. praef. 12* civitatium *Oehl. Wal.* 6 habendos sed (et PBLM) hostes V hostes habendo hostes F *Rau.* maluissetis F humani generis EM generis humani generis B potius — humani *om.* DG *edd.* 11 pateretis F *Rau. Wal. Col.* pateret V 12 recogitantes F cogitantes V 13 qui F quia V 14 tamen V hostes F sed potius tamen P²DG 15 XXXVIII de coetu. Proinde V *incipit* R ne FRE inter illicitas FR *Heinze 444* inter licitas V 17 praecavetur FR timeri solet V

---

1 ad martyr. 3 (I 9 Oehl.) ne animi quidem expavescant de umbra ad solem. spect. 17 (19, 9 RW) ipsae illae pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem et populum expavescentes semel anno erubescant.

4 sq. ad Scap. 2 (I 542 Oehl.) ex disciplina patientiae divinae agere nos satis manifestum esse vobis potest, cum tanta hominum multitudo, pars paene maior civitatis cuiusque, in silentio et modestia agimus, singuli forte magis noti quam omnes nec aliunde noscibiles quam de emendatione vitiorum pristinorum.

5 adv. Hermog. 3 (130, 5 K) quae (materia) originem non habendo non habuit auctorem. 4 (131, 6) haec deus habendo. est, et solus habendo, unus est. adv. Marc. 2, 2 (335, 21 K) itaque non habendo fidem etiam quod videbatur habere ademptum est illi.

Tac. ann. 15, 44 igitur primum correpti qui fatebantur deinde indicio eorum multitudo ingens (christianorum) haud proinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt.

8 sq. de an. 57 (392, 5 RW) pluribus notum est daemoniorum quoque opera et immaturas et atroces effici mortes, quas incursibus deputant.

Iren. 2, 32, 4 (Euseb. h. e. 5, 7, 5) *οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ ἐκκλησία παρὰ θεοῦ λαβοῦσα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἑκάστης ἡμέρας ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ, μήτε ἐξαπατῶσά τινας μήτε ἐξαργυριζομένη· ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφε παρὰ θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ.*

15 Min. Fel. 7, 1 plebem profanae coniurationis instituunt. Acta Cypr. 4 diu sacrilega mente vixisti et plurimos nefariae tibi conspirationis homines adgreggasti. Orig. c. Cels. 1, 1 *ὡς συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων χριστιανῶν παρὰ τὰ νενομισμένα.*

16 sqq. Sueton. Jul. 42, 3 cuncta collegia praeter antiquitus constituta distraxit. Aug. 32, 1 plurimae factiones titulo collegi novi ad nullius non facinoris socie-

factionum causa de providentia constat modestiae publicae, ne civitas in partes scinderetur, qua facile comitia concilia curias contiones, spectacula etiam aemulis studiorum compulsationibus inquietarent, cum iam et in quaestu habere coepissent venalem et mercenariam violentiae suae operam. 3 At enim nobis ab omni gloriae et dignitatis ardore frigentibus nulla est necessitas coetus, nec ulla magis res aliena quam publica. Unam omnium rem publicam agnoscimus, mundum.

4 Atque adeo spectaculis vestris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione conceptas, cum et ipsis rebus, de quibus transiguntur, praetersumus. Nihil enim nobis dictu visu auditu cum insania circi, cum inpudicitia theatri, cum

---

1 costat R modestia publice ELM modestia publica D *edd.* 2 qua FR quae res V curias concilia R conditiones R 3 inquietarent FR inquietaret V 4 questum R coepisse R 5 violentiae FR homines violentiae V vobis R gloria FR 6 una R 9 atque adeo FR aeque V renuntiavimus R 10 illorum R 11 exiguntur praeterimus D *Rhen. Gel.* enim FR *Wal.* est V *cf. de cor. 13 (I 451 Oehl.)* nihil tibi cum gaudiis saeculi 12 dictum R

---

tatem coibant. igitur grassaturas dispositis per oportuna loca stationibus inhibuit, ergastula recognovit, collegia praeter antiqua et legitima dissolvit. Plin. ep. 10, 96, 7 edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias esse vetueram. Ael. Spartian. Sev. 17, 8 fuit delendarum cupidus factionum.

6 sq. cf. c. 1, 3; 41, 5; 46, 13; de idol. 17 (50, 17 RW) hinc proxime disputatio oborta est, an servus dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem capiat . . . cedamus itaque succedere alicui posse, ut in quoquo honore in solo honoris nomine incedat neque sacrificet neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet . . . iam vero quae sunt potestatis, neque iudicet de capite alicuius vel pudore . . . neque damnet neque praedamnet, neminem vinciat . . . de spect. 12 (15, 1 RW) quaesturas dico et magistratus et flaminia et sacerdotia, cum tamen nominis dignitas idolatriae crimine teneatur, necesse est quicquid dignitatis nomine administratur communicet etiam maculas eius, a qua habet causas.

7 Cic. de fin. 3, 64 mundum autem censent . . . esse quasi communem urbem et civitatem hominum et deorum; de nat. d. 2, 154; Min. Fel. 17, 2 cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem; 33, 1 deo una domus est mundus hic totus.

9 sqq. de originibus spectaculorum disputavit Tertullianus de spect. c. 5—13. — Min. Fel. 27, 11 nos igitur qui moribus et pudore censemur, merito malis voluptatibus et pompis vestris et spectaculis abstinemus, quorum et de sacris originem novimus et noxia blandimenta damnamus. nam in ludis currulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam? in gladiatoriis homicidii disciplinam? in scenis etiam non minor furor et turpitudo prolixior. Lact. div. inst. 6, 20, 33 vitanda ergo spectacula omnia . . . nam ludorum celebrationes deorum festa sunt, siquidem ob natales eorum vel templorum novorum dedicationes sunt constituti.

12 sqq. de spect. 16 (17, 21 RW) cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo, ubi proprie furor praesidet. aspice populum ad id spectaculum iam cum furore venientem. (18, 17) si quid horum, quibus circus furit, alicubi conpetit sanctis, etiam in circo licebit, si vero nusquam, ideo nec in circo. Lact. div. inst. 6, 20, 32 circensium quoque ludorum ratio quid aliut habet nisi levitatem vanitatem insaniam? tanto namque impetu concitantur animi in furorem. 17 (18, 19) similiter inpudicitiam omnem amoliri iubemur. hoc igitur modo etiam a theatro separamur, quod est privatum consistorium inpudicitiae. 18 (19, 26) quodsi et stadium contendas in scripturis nominari, sane obtinebis. sed quae in stadio geruntur, indigna conspectu tuo non negabis . . . non

atrocitate arenae, cum xysti vanitate. Licuit Epicureis aliam decernere voluptatis veritatem, id est, animi aequitatem. 5 In quo vos offendimus? Si alias praesumimus voluptates, si oblectari novissime nolumus, nostra iniuria est, si forte, non vestra. Sed reprobamus quae placent vobis, nec vos nostra delectant.

XXXIX. Edam iam nunc ego ipse negotia christianae factionis, quo, qui mala refutaverim et iam veritatem revelaverim, bona ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae unitate et spei foedere. 2 Coimus in coetum et congregationem, ut ad deum quasi

1 licuit — aequitatem *post lin. 5* delectant *habet* V *Oehl. Col. sed cf. Heinze 446, 2* licuit FR sed licuit V aliam FR aliquam V 2 animae F anima R aequitatem FR (aequitatem) et ampla negotia christianae *(om.* DG *edd.)* V *ex c. 39, 1* in R id F *om.* V 3 oblectare F novissime FR novisse V 4 probamus R 6 XXXVIIII de disciplina christianorum. Edam (eadem ELM) V ego *om.* D *Rhen. Gel.* quo qui *scripsi* ut qui V quominus FR *Löfst. II 79* 7 et iam veritatem revelaverim *huc inserui* si etiam veritatem revelaverim (revelaverim veritatem R) *post* ostendam FR *Wal. om.* V *cf. 5, 2* quae illic veritatem istius divinitatis revelaverant; *25, 1* videor probasse de falsa et vera divinitate; *Lact. div. inst. 1, 12, 1* quoniam revelavimus mysteria poetarum ac Saturni parentes invenimus, ad virtutes eius et facta redeamus. 8 disciplinae unitate RV divinitate (*an* disciplinae divinitate?) F 9 congregationem facimus FR

probabis usquam vanos cursus et iaculatus et saltus vaniores. 19 (20, 12) si saevitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possumus, eamus in amphitheatrum. de pudic. 7 (232, 21 RW) perit igitur et fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris et gladiatorii cruoris et scaenicae foeditatis et xysticae vanitatis, in lusus, in convivia saecularis sollemnitatis. adv. Macr. 1, 27 (329, 4 K) quid non frequentas tam sollemnes voluptates circi furentis et caveae saevientis et scenae lascivientis?

1 xystus vel xystum porticus est, in qua athletae corpora exercebantur. Senec. ep. 80, 2 ecce ingens clamor ex stadio profertur ... cogito mecum, quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci. quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo. quam inbecilli animo sint, quorum lacertos humerosque miramur.

1 sqq. de spect. 28 (27, 6 RW) lugeamus ergo, dum ethnici gaudent, ut, quum lugere coeperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes tunc quoque lugeamus. delicatus es, christiane, si et in saeculo voluptatem concupiscis, immo nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. philosophi quidem hoc nomen quieti et tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea avocantur, in ea etiam gloriantur. tu mihi metas et scenam et pulverem suspiras. de pallio 5 (I 951 Oehl.) certe cum ad Epicuros et Zenones ventum est, sapientes vocas totum quietis magisterium, qui eam summae atque unicae voluptatis nomine consecravere.

2 Cic. de inv. 1, 24 in quo (homine) offenditur. de or. 1, 129 in quo aliquod offenderis. Caes. b. c. 2, 32 si Caesarem probatis, in me offenditis.

8 Paul. ad Cor. 1, 12, 13 omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Arnob. 1, 16 (12, 25 R) si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri verum etiam christianos ditiores et locupletissimos reddiderunt? Constantini et Licinii edictum a. 313 ap. Euseb. h. e. 10, 5, 10 *ἅτινα πάντα τῷ σώματι τῷ τῶν χριστιανῶν παρ' αὐτὰ διὰ τῆς σῆς σπουδῆς ἄνευ τινος παρολκῆς παραδίδοσθαι δεήσει.*

9 foedere: Celsus ap. Orig. c. Cels. 1, 1 *ὡς συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων χριστιανῶν παρὰ τὰ νενομισμένα.*

de fuga 3 (I 408 Oehl.) dicitis enim, quoniam incondite convenimus et simul

manu facta precationibus ambiamus orantes. Haec vis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministeriis eorum et potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. 3 Coimus ad litterarum divinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilo minus inculcationibus densamus; ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina. 4 Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur. Praesi-

---

1 orantes *om.* FR *Rau. Wal. Col.* 2 ministeriis FR ministris V *cf. Löfst. II 81* 3 cogimus L cogimur M 6 poscimus R erigimus *deficit M* 7 nihilo minus praeceptorum R inculcationibus V in compulsationibus FR 9 sq. iudicii futuri R 11 religetur V

---

convenimus et conplures concurrimus in ecclesiam, quaerimur a nationibus et timemus, ne turbentur nationes.

Senec. controv. 3, 8 coetus multitudinis magnae nomen est coeuntis ex consensu quodam.

1 Cic. pro Caec. 12, 33 qui in pace et otio, cum manum fecerit, copias pararit. Tert. ad Scap. 5 (I 550 Oehl.) omnes illius civitatis christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt. Pontii vita Cypr. 16 comitatui eius infinitus exercitus adhaerebat, quasi ad expugnandam mortem manu facta veniretur.

Aug. de civ. dei 10, 42 ambiendum mihi fuit ad angelos?

Matth. 11, 12 regnum caelorum vim patitur et violenti rapiunt illud.

2 ministeria: ministri; cf. Cypr. ep. 3, 1 (470, 3 H) cum adversus Aaron sacerdotem tres de ministeriis Chore Dathan et Abiron ausi sunt superbire.

4 Justin. apol. 1, 67, 3 *καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν*

6 Orig. c. Cels. 3, 50 *ἢ τί τούτοις παραπλήσιον πράττομεν, οἳ καὶ δι' ἀναγνωσμάτων καὶ διὰ τῶν εἰς τὰ ἀναγνώσματα διηγήσεων προτρέποντες μὲν ἐπὶ τὴν εἰς τὸν θεὸν τῶν ὅλων εὐσέβειαν καὶ τὰς συνθρόνους ταύτης ἀρετάς, ἀποτρέποντες δ' ἀπὸ τῶν καταφρονεῖν τοῦ θείου καὶ πάντων τῶν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πραττομένων.*

8 sq. Orig. c. Cels. 3, 51 *παρ' οἷς (χριστιανοῖς) εἰσί τινες τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἐπίρρητα πράττοντας ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν αὐτῶν σύλλογον, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ὅλῃ ψυχῇ ἀποδεχόμενοι βελτίους ὁσημέραι κατασκευάζωσιν. οἵα δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἀγωγὴ καὶ περὶ ἁμαρτανόντων καὶ μάλιστα τῶν ἀκολασταινόντων, οὓς ἀπελαύνουσι τοῦ κοινοῦ οἱ κατὰ τὸν Κέλσον παραπλήσιοι τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις.*

Cypr. ep. 30, 8 (556, 12 H) qualiter (deus) iudicii sui pondera examinet.

9 apud certos: cf. Paul. ad Cor. 1, 6, 1, iudicari apud iniquos et non apud sanctos.

11 Cypr. ep. 4, 4 (477, 2 H) spiritali gladio superbi et contumaces necantur, dum de ecclesia eiciuntur.

11 sq. Cypr. de cath. eccl. unit. 5 (213, 14 H) quam unitatem tenere firmiter et vindicare debemus, maxime episcopi qui in ecclesia praesidemus. Justin. apol. 1, 65, 3 *τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν.* cf. 1. Thess. 5, 12; Rom. 12, 8; Iren. c. haer. 1, 10 *τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προεστώτων.*

dent probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti, neque enim pretio ulla res dei constat.

5 Etiam si quod arcae genus est, non de honoraria summa quasi redemptae religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit et si modo velit et si modo possit, adponit; nam nemo conpellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt. 6 Quippe non epulis inde nec potaculis nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iam otiosis iamque domesticis senibus, item naufragiset si qui in metallis et si qui in insulis vel in custodiis, dumtaxat ex causa dei sectae, alumni confessionis suae fiunt. 7 Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. 'Vide', inquiunt, 'ut invicem se diligant'; ipsi enim invicem oderunt, 'et ut

---

3 oneraria RDG *edd.* 5 et si modo velit *om.* D *Rhen. Gel.* et si modo possit] vel possit EL 6 conpellitus R confret R quippe FR iam inde V *Oehl. Col.* 7 inde *om.* V *Oehl. Col.* nec *prius* RV *om.* F ingratis FRL *edd.* ingratiis V 8 ac puellis re *om.* FR destitus R 9 iam otiosis *huc transposui, post* senibus FR *om.* V *Oehl. Rau. Wal. Col. Löfst. I 65* naufragiis P[1] 11 sectae conflictantur (conflictatur F) FR *Wal.* maximae P 12 vobis R 13 ut *(alter.) om.* RDG

---

1 Paul. ad Tim. 1, 10 hi autem probentur primum et sic ministrent nullum crimen habentes. Cypr. ep. 62, 4 (738, 3 H) quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio conprobetur. Euseb. h. e. 5, 28, 10 *ἀνεπείσθη δὲ ὁ Νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλαρίῳ ἐπίσκοπος κληρωθῆναι ταύτης τῆς αἱρέσεως.*

3 Apul. met. 7, 4 pro sua frugalitate communi conferebat arcae.

4 sqq. Justin. apol. 1, 14, 2 *ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες.* 67, 6 *οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ὃ βούλεται δίδωσι (τῇ τοῦ ἡλίου ἡμέρᾳ συνέλευσιν ποιούμενοι), καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται.* Cypr. ep. 2, 1 (47, 16 H) quantum ad sumptus suggerendos, sive illis qui gloriosa voce dominum confessi in carcere sunt constituti, sive his qui pauperes et indigentes laborant et tamen in domino perseverant, peto nihil desit, cum summula omnis quae redacta est illic sit apud clericos distributa propter eiusmodi casus, ut haberent plures unde ad necessitates et pressuras singulorum operari possint. cf. Euseb. h. e. 4, 23, 10; 10, 8, 11.

7 de carn. res. 4 (30, 22 K) rursusne omnia necessaria illi et inprimis pabula atque potacula? — Cypr. ep. 67, 6 (740, 18 H) Martialis quoque praeter gentilium turpia et lutulenta convivia in collegio diu frequentata et filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulcra depositos et alienigenis consepultos . . .

10 Lact. de mort. pers. 22, 2 nulla poena penes eum levis, non insulae, non carceres, non metalla, sed ignis, crux, ferae in illo erant cotidiana et facilia.

12 Min. Fel. 9, 2 occultis se notis et insignibus noscunt et amant mutuo paene antequam noverint; passim etiam inter eos velut quaedam libidinum religio miscetur, ac se promisce appellant fratres et sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum. 31, 8 sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dinoscimus; sic mutuo, quod doletis, amore diligimus . . . sic nos, quod invidetis, fratres vocamus.

14 cf. Jo. 11, 36; 13, 35.

pro alterutro mori sint parati'; ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores. 8 Sed et quod fratrum adpellatione censemur, non alias, opinor, insaniunt, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de adfectione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus iure naturae matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres. 9 Quanto nunc dignius fratres et dicuntur et habentur, qui unum patrem deum agnoverint, qui unum spiritum biberint sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem expaverint veritatis? 10 Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragoedia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem.

1 sunt ad R alterutro R 2 paratiores sunt V sunt *om.* FR fratrum appellatione censemur (consemus F) FR fratres nos vocamur V *sed cf. adv. Marc. 4, 10 (446, 30 K)* titulo filii hominis censetur Christus; *monog. 8 (I 773 Oehl.)* penes Graecos communi vocabulo mulieres et uxores censentur; patient. 4 (17, 26 K). 3 opinior R quod] cum R 4 affectatione G *edd.* 5 quanto (quando F) nunc FR at quanto V 6 deum patrem R 7 agnoverint *Rau. Col.* agnoverunt V *Oehl.* sanctitatis spiritum biberunt R biberunt RDEG *Wal.* biberent L 8 expaverunt F *Wal.* 9 nulli P 10 exclamant R 11 fere] facile EL

1 Jo. 15, 13; ep. Jo. 1, 3, 16.
Min. Fel. 31, 8 nec fratres vos nisi sane ad parricidium recognoscitis.

2 sqq. Athenag. suppl. 32 *τοὺς μὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲν λογοποιεῖν περὶ ἡμῶν ἃ περὶ τῶν σφετέρων λέγουσι θεῶν καὶ γὰρ τὰ πάθη αὐτῶν δεικνύουσι μυστήρια· χρῆν δ' αὐτούς, εἰ δεινὸν τὸ ἐπ' ἀδείας καὶ ἀδιαφόρως μίγνυσθαι κρίνειν ἔμελλον, ἢ τὸν Δία μεμισηκέναι .. . διὰ τοῦτο καὶ καθ' ἡλικίαν τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφὰς καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν, οὓς οὖν ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νοοῦμεν ὀνόματα, περὶ πολλοῦ ἡμῖν ἀνύβριστα καὶ ἀδιάφθορα αὐτῶν τὰ σώματα μένειν.* Aristid. 17, 2; Min. Fel. 31, 8.

3 Ael. Spartian. vita Did. Jul. 4, 1 ubi vero primum inluxit, senatum et equestrem ordinem in palatium venientem admisit atque unum quemque, ut erat aetas, vel fratrem vel filium vel parentem adfatus blandissime est. Jul. Capitol. vita M. Ant. Philos. 18, 1 cum igitur in amore omnium imperasset atque ab aliis modo frater, modo pater, modo filius, ut cuiusque aetas sinebat, et diceretur et amaretur.

5 Matth. 23, 8, 9; Paul. ad Rom. 8, 17; Min. Fel. 31, 8 sic nos, quod invidetis, fratres vocamus ut unius dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes.

7 Paul. ad Cor. 1, 12, 13. de pudic. 16 (254, 2 RW) si vis omnem notitiam apostoli ebibere.

8 cf. c. 37, 7; ad mart. 3 (I 9 Oehl.) ne corpora atque animi expavescant de umbra ad solem. de spect. 17 (19, 9 RW) de gestibus suis ad lucem et populum expavescentes. Cypr. ad Demetr. 25 (369, 24 H) ad verae religionis candidam lucem de profundo tenebrosae superstitionis emergere. vita Cypr. 2 mundi nube discussa in lucem sapientiae spiritalis emersit. ad Donat. 4 (6, 3 H) postquam undae genitalis auxilio superioris aevi labe detersa in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit. Justin. apol. 1, 61, 12 *καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμός, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων.* Clem. Alex. Paed. 1, 1, 26 *καλεῖται πολλαχῶς τὸ ἔργον τοῦτο χάρισμα καὶ φώτισμα καὶ τέλειον καὶ λουτρόν . . . φώτισμα δέ, δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστιν δι' οὗ τὸ θεῖον ὀξυωποῦμεν.*

9 de fraternitate tragoedia: cf. Atreum et Thyestem, Eteoclem et Polynicem, Romulum et Remum.

11 Min. Fel. 31, 8 vos enim nec invicem adgnoscitis et in mutua odia saevitis nec fratres vos nisi sane ad parricidium recognoscitis.

11 Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos praeter uxores. 12 In isto loco consortium solvimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant; ex illa, credo, maiorum et sapientissimorum disciplina, Graeci Socratis et Romani

---

3 loco] solo FR 6 malorum R sapientiorum suorum F suorum sapientiorum R

---

1 cf. Paul. ad Rom. 12, 16; 15, 5; ad Thess. 2, 2; Acta apost. 4, 32. Lact. div. inst. 3, 21, 2 ergo nihil, inquit (Plato rep. 416 D) privati ac proprii habeant, sed ut pares esse possint, quod iustitiae ratio desiderat, omnia in commune possideant. ferri hoc potest, quamdiu de pecunia dici videtur.

4 sq. matrimonia: uxores; cf. Tac. ann. 2, 13 matrimonia ac pecunias hostium praedae destinare; Cypr. ep. 49, 1 (667, 1 H). Tert. de pat. 16 (I 614 Oehl.) plane ex pari . . . (diabolus) docuit et suos patientiam propriam, illam dico, quae maritos dote venales aut lenociniis negotiantes uxorum potestatibus subicit.

Tac. ann. 15, 59 testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit (Piso), quam degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulerat.

6 sqq. La. Diog. 2, 5, 10 *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης δύο γυναῖκας αὐτὸν (Σωκράτη) ἀγαγέσθαι, προτέραν μὲν Ξανθίππην, ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι Λαμπροκλέα, δευτέραν δὲ Μυρτώ, τὴν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου θυγατέραν, ἣν καὶ ἄπροικον λαβεῖν, ἐξ ἧς γενέσθαι Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον. οἱ δὲ προτέραν γῆμαι τὴν Μυρτώ φασιν· ἔνιοι δὲ καὶ ἀμφοτέρας σχεῖν ὁμοῦ, ὧν ἔστι Σάτυρός τε καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος.* quam sententiam reprobat Plutarchus Aristid. 27 Panaetio auctore nisus. Athen. 13 p. 555 D 556 AB. Lact. div. inst. 3, 21, 4 matrimonia quoque, inquit (Plato rep. 457 C), communia esse debebunt. scilicet ut ad eandem mulierem multi viri tamquam canes confluant et is utique optineat qui viribus vicerit aut, si patientes sunt ut philosophi, ut vicibus tamquam lupanar obeant . . . 7 (463 C) sic, inquit, civitas concors erit et amoris mutui constricta vinculis, si omnes omnium fuerint et mariti et patres et uxores et liberi. Salvian. de gub. dei 7, 101 uxorem, inquit Socrates, propriam nullus habeat, matrimonia enim cunctis debent esse communia; sic namque maior erit concordia civitatum, si omnes viri feminis sine discretione omnibus misceantur et omnes se scilicet feminae viris sine distinctione substernant, ac sic fiant omnes viri omnium mulierum mariti, omnes feminae virorum omnium uxores . . . 103 nec suffecit sapientissimo, ut quidam aiunt, philosopho docere hoc, nisi ipse fecisset; uxorem enim suam alteri viro tradidit, scilicet sicut Romanorum Cato, id est alius Italiae Socrates. ecce quae sunt et Romanae et Atticae sapientiae exempla: omnes penitus maritos, quantum in ipsis fuit, lenones uxorum suarum esse fecerunt.

Plutarch. Cato min. 25, 3 *οὐκ ὤκνησεν (Ὁρτήσιος) ἀποκαλυψάμενος αἰτεῖν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Κάτωνος, νέαν μὲν οὖσαν ἔτι πρὸς τὸ τίκτειν, ἔχοντος δὲ τοῦ Κάτωνος ἀποχρῶσαν διαδοχήν . . . ὁ δ' οὖν Κάτων ὁρῶν τὴν τοῦ Ὁρτησίου σπουδὴν καὶ προθυμίαν οὐκ ἀντεῖπεν, ἀλλ' ἔφη δεῖν καὶ Φιλίππῳ ταῦτα συνδόξαι τῷ πατρὶ τῆς Μαρκίας. ὡς οὖν ὁ Φίλιππος ἐντευχθεὶς ἔγνω τὴν συγχώρησιν, οὐκ ἄλλως ἐνεγγύησε τὴν Μαρκίαν ἢ παρόντος τοῦ Κάτωνος αὐτοῦ καὶ συνεγγυῶντος.* 52, 2 *τῆς δὲ οἰκίας καὶ τῶν θυγατέρων κηδεμόνος δεομένων ἀνέλαβε πάλιν τὴν Μαρκίαν χηρεύουσαν ἐπὶ χρήμασι πολλοῖς. ὁ γὰρ Ὁρτήσιος θνήσκων ἐκείνην ἀπέλιπε κληρονόμον.* Appian. b. c. 2, 99 *Μαρκίᾳ γέ τοι τῇ Φιλίππου συνὼν ἐκ παρθένου καὶ ἀρεσκόμενος αὐτῇ μάλιστα καὶ παῖδας ἔχων ἐξ ἐκείνης ἔδωκεν ὅμως αὐτὴν Ὁρτησίῳ τῶν φίλων τινὶ παίδων τε ἐπιθυμοῦντι καὶ τεκνοποιοῦ γυναικὸς οὐ τυγχάνοντι, μέχρι κἀκείνῳ κυήσασαν ἐς τὸν οἶκον αὖθις ὡς χηρεύσας ἀνεδέξατο.* Strabon. 11, 9, 1 *ἱστοροῦσι δὲ περὶ τῶν Ταπύρων, ὅτι αὐτοῖς εἴη νόμιμον τὰς γυναῖκας ἐκδιδόναι τὰς γαμετὰς ἑτέροις ἀνδράσιν, ἐπειδὰν ἐξ αὐτῶν ἀνέλωνται δύο ἢ τρία τέκνα, καθάπερ καὶ Κάτων Ὁρτησίῳ δεηθέντι ἐξέδωκε τὴν Μαρκίαν ἐφ' ἡμῶν κατὰ παλαιὸν Ῥωμαίων ἔθος.* Schol. in Lucan. Phars. 2, 338.

Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa et alibi creandorum. 13 Nescio quidem an invitas; quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum: lenones philosophus et censor!

14 Quid ergo mirum, si tanta caritas convivatur? Nam et cenulas nostras praeterquam sceleris infames ut prodigas quoque suggillatis. De nobis scilicet Diogenis dictum est: 'Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam morituri'. Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit quam in suo trabem. 15 Tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus acescit aër, Saliis cenaturis creditor erit necessarius; Herculanarum decimarum et pollictorum sumptus tabularii subputabunt; Apaturiis, Dionysiis, mysteriis Atticis cocorum dilectus indicitur; ad fumum cenae Serapiacae

---

3 quas R 4 donaverunt R 5 lenones *Haverc.* leno est RV lenon est PG 6 convivatur FR conviolatur V *Oehl. Col.* convolatur L caenula R 8 megrenses EGL 9 numq. moriantur FR sed si F 11 Saliis *edd.* si aliis FRV 12 Herculanorum R pollictorum *edd.* polinctorum V polincto lucitorum FR *cf. praef. 12* 13 Apaturiis *edd.* appaturiis V apparaturis R Dionysiis] aconisi R 14 inducitur R sarapiaciae P serapiae F se arapia ae R

---

5 censor: immo Cato Uticensis.

7 sceleris infames: cf. c. 7—9.

8 Hieron. ep. 123, 15 et illud, quod de Megarensibus dicitur, iure miseris coaptari potest: Aedificant quasi semper victuri, vivunt quasi altera die morituri. La. Diog. 8, 2, 63 *τὸν Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν τρυφώντων αὐτῶν (τῶν Ἀκραγαντίνων): Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι, οἰκίας δὲ κατασκευάζουσι ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι.* Aelian. var. hist. 12, 29 *Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἰδὼν Ἀκραγαντίνους καὶ οἰκοδομοῦντας πολυτελῶς καὶ ὁμοίως δειπνοῦντας εἶπεν, ὅτι ἄρα οἱ Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, δειπνοῦσι δὲ ὡς αὔριον τεθνηξόμενοι.* Plutarch. *π. φιλοπλουτ.* 5 p. 525 B *τοὺς μὲν οὖν Ῥοδίους ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτεν εἰς πολυτέλειαν, οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους λέγων, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους.*

10 Matth. 7, 3; Luc. 6, 41.

11 cf. c. 35, 2.

11 Hor. c. 1, 37, 1 Saliaribus . . . dapibus; Apul. met. 9, 22 uxor statim cenas Saliares comparat. Festus s. v. Salios: Salios, quibus per omnis dies, ubicumque manent, quia amplae ponuntur cenae, si quae aliae magnae sunt, saliares appellantur.

12 cf. c. 14, 1.

pollucere: praebere; Varro de lingua lat. 6, 54 quom enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in arcam, tum polluctum est. Festus s. v. Pollucere: pollucere merces . . . sunt far polenta, vinum, panis fermentatus, ficus passa, suilla, bubula, agnina, casei, ovilla, alica, sesama, et oleum, pisces, quibus est squamma, praeter squatum: Herculi autem omnia esculenta, posculenta. Cato de re rust. 132 dapem hoc modo fieri oportet. Jovi dapali culignam vini quantam vis polluceto. eo die feriae bubus et bubulcis et qui dapem facient. cum pollucere oportebit, sic facies, „Juppiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo familia mea culignam vini dapi, eius rei ergo macte hac illace dape pollucenda esto". manus inreluito, postea vinum sumito: „Juppiter dapalis, macte istace dape pollucenda esto, macte vino inferio esto."

sparteoli excitabuntur. De solo triclinio christianorum retractatur.

16 Cena nostra de nomine rationem sui ostendit: id vocatur quod dilectio penes Graecos. Quantiscumque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque refrigerio isto iuvamus, non qua penes vos parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes deum maior est contemplatio mediocrium. 17 Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinae de causa aestimate. Quod sit de religionis officio, nihil vilitatis, nihil inmodestiae admittit. Non prius discumbitur quam oratio ad deum praegustetur, editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis utile est. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo canere; hinc probatur quomodo biberit. Aeque oratio convivium dirimit. 19 Inde disceditur non in catervas caesionum nec in classes discursationum nec in eruptiones lasciviarum,

1 spartioli R de solo V de loco F doloso R 2 vocatum FR quõ F quo R 4 refrigiorio R 5 parasti R 6 sagenandi R quia R 7 sq. convivii est R 11 est utile D *edd.* 12 qui *om.* FR sibi deum R 13 dominum V deum FRE 14 sanctis] divinis R 15 provocatur in medio *(sic!) post* canere *pos.* R de deo canere FR *sed cf. 2, 6* 17 in eruptiones V in inceptiones F ad inreptiones R

1 scholia ad Juven. 14, 305 per translationem disciplinae militaris sparteolorum Romae, quorum cohortes in tutelam urbis cum amis et cum aqua vigilias curare consuerunt in vicis. Sueton. Aug. 30 adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est (Augustus). Senec. ap. 64, 1 fumus qui erumpere ex lautorum culinis et terrere vigiles solet. — In fine cenae Trimalchionis (Petron. sat. 78, 5 sqq.) tantus strepitus editus est, ut totam concitaret viciniam: itaque vigiles, qui custodiebant vicinam regionem, rati ardere Trimalchionis domum, effregerunt ianuam subito et cum aqua securibusque tumultuari suo iure coeperunt.

3 dilectio: ἀγάπη; cf. de hac re Batiffol (Études d'hist. et de théologie positive, Paris 1902, 279 sqq.; Bull. de litt. ecclésiastique 1904, 185 sqq.), Funk (Revue d'hist. ecclésiast. Lovanii 1903, 1 sqq.; 1904, 1 sqq.; 1906, 1 sqq.).

5 famulandae: cf. c. 21, 17. Martial. 2, 53, 3 liber eris cenare foris, si, Maxime, noles; 9, 10 liber non potes et gulosus esse. Juvenal. 5, 161 Tu tibi liber homo et regis conviva videris: Captum te nidore suae putat ille culinae, Nec male coniectat; quis enim tam nudus, ut illum Bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum Vel nodus tantum et signum de paupere loro? Spes bene cenandi vos decipit.

7 cf. Es. 58, 7 sq.; Sir. 29, 12; Ps. 40, 2; Matth. 25, 31 sqq.; Cor. 2, 9, 11; saepius.

10 cf. Matth. 14, 19.

12 ad ux. 2, 5 (I 690 Oehl.) cum etiam per noctem exurgis oratum.

13 cf. Matth. 12, 36; ad Ephes. 4, 29 sq.; ad Coloss. 4, 6.

12 sq. Aug. de ord. 2, 54 cum iam nocturnum lumen fuisset illatum.

13 sqq. cf. ad Ephes. 5, 19; ad Coloss. 3, 16; Cypr. ad Donat. 16 quidquid inclinante iam sole in vesperam dies superest, ducamus hunc diem laeti nec sit vel hora convivii gratiae caelestis inmunis. sonet psalmos convivium sobrium: ut tibi tenax memoria est, vox canora, adgredere hoc munus ex more. magis carissimos pascis, si sit nobis spiritalis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo.

17 cf. c. 35, 2; de idol. 1 (31, 5 RW) in illa (idolatria) lasciviae et ebrietates,

sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam cenam cenaverint quam disciplinam.

20 Haec coitio christianorum merito sane inlicita, si inlicitis par, merito sane damnanda, si non dissimilis damnandis, si quis de ea queritur eo titulo, quo de factionibus querela est. 21 In cuius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati quod et dispersi, hoc universi quod et singuli, neminem laedentes, neminem contristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia.

XL. At e contrario illis nomen factionis adcommodandum est, qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui adversus sanguinem innocentium conclamant, praetexentes plane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicae cladis, omnis popularis incommodi christianos esse in causa. 2 Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in rura, si caelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim: 'Christianos ad leonem!' Tantos ad unum?

1 ut] et R 4 sane R *om.* V si — damnandis FR *Wal. om.* V deaquaeritur R 5 quō R civius R 7 neminem laedentes *om.* R 10 XL et contra ethnicam rationem. At V 11 quid adversus R qui adversum V 12 plane R sane V 13 omnis publicae cladis *post* popularis R 14 *post* incommodi *habent* in (a *Löfst. I 115 Wal.*) primordio temporum FR *glossema ad § 3 om. V* in *om.* G *edd.* causa FREL causam V 15 rura FR arva V non stetit R 16 lenonem V leonenem P *post* leonem *habent* adclamatur V inclamant F *om.* R *cf. Hoppe I 146 Löfst. I 49, II 14; ad nat. 1, 9 (73, 7 RW); deficit R*

cum plurimum victus et ventris et libidinis causa frequententur. ad Valent. 12 (119, 19 K) videmus cottidie nauticorum lascivias gaudiorum.

6 Min. Fel. 31, 6 nec fastidiosi sumus, si omnes unum bonum sapimus, eadem congregati quiete qua singuli nec in angulis garruli, si audire nos publice aut erubescitis aut timetis.

13 sqq. ad nat. 1, 9 (73, 3 RW) enumerem necesse est, ut vos recognoscendo miremini, in quantam stultitiam incidatis, qui omnis cladis publicae vel iniuriae nos causas esse vultis. si Tiberis redundaverit, si Nilus non redundavit, si caelum stetit, si terra movit, si . . . vastavit, si famis afflixit, statim omnium vox: christianos . . . Cypr. ad Demetr. 3 dixisti per nos fieri et quod nobis debeant inputari omnia ista quibus nunc mundus quatitur et urgetur, quod dii vestri a nobis non colantur. ep. 75, 10 ante viginti enim et duos fere annos temporibus post Alexandrum imperatorem multae istic conflictationes et pressurae acciderunt vel in commune omnibus hominibus vel privatim christianis: terrae etiam motus plurimi et frequentes extiterunt, ut et per Cappadociam et per Pontum multa subruerent, quaedam etiam civitates in profundum recepta dirupti soli hiatu devorarentur, ut ex hoc persecutio quoque gravis adversum nos nominis fieret. Arnob. 1, 13 christianorum, inquitis, causa mala omnia di ingerunt et interitus conparatur ab superis frugibus. Orig. c. Cels. 3, 15. Euseb. h. e. 6, 3, 4; 6, 5, 3; praepar. ev. 1, 4, 3. Aug. de civ. de 1, 36.

15 sq. ad nat. 1, 9; Aug. de civ. d. 2, 3 ex quorum imperitia illud quoque ortum est vulgare proverbium: pluvia defit, causa christiani sunt. Tert. de ieiun. 16 (295, 23 RW) cum stupet caelum et aret annus. Orig. Comm. in Matth. 39 ita ut, qui erant impii extra fidem, causam terrae motus dicerent christianos.

16 de carn. res. 22 (56, 11 K) omni adhuc popularium coetu reclamante „christianos ad leonem". de exhort. cast. 12 (I 754 Oehl.) ne non sint qui acclament: christianis

3 Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantae clades orbem et urbes ceciderunt? Legimus Hieran, Anaphen et Delon et Rhodon et Co insulas multis cum milibus hominum pessum abisse. 4 Memorat et Plato maiorem Asiae vel Africae terram Atlantico mari ereptam. Sed et mare Corinthium terrae motus ebibit et vis

2 urbes PGE *ad nat. 1, 9 (73, 13 RW)* urbem BDL *edd.* Hieran Anaphen et *Haverc.* hienarranda penes F hieran (hierant B) napean et PBG hieramampeam et D hyeramcipeam et L Hierapolim et *edd. cf. ad nat. 1, 9 (73, 17 RW)* Cho PBGL 4 vel] et G *edd.* 5 inereptam F *Löfst. II 91 pro* ereptam et in mare mersam *contra clausulam*

leonem. Ael. Lampr. vita Comm. Ant. 18, 10 exaudi Caesar: delatores ad leonem. exaudi Caesar: Speratum ad leonem. Euseb. h. e. 4, 15, 27 *ταῦτα λέγοντες ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα.* Cypr. ep. 59, 6 (673, 13 H) episcopus . . . totiens ad leonem petitus, in circo in amphitheatro dominicae dignationis testimonio honoratus, his etiam diebus quibus has ad te litteras feci ob sacrificia quae edicto proposito celebrare populus iubebatur clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo. Vita 7 cum et suffragiis saepe repetitis ad leonem postularetur.

1 sqq. ad nat. 1, 9 (73, 11 RW) aetatis nostrae nondum anni trecenti: quantae clades ante id spatium supra universum orbem ad singulas urbes et provincias ceciderunt? quanta bella externa et intestina? quot pestes, fames, ignes, hiatus motusque terrarum saeculum digessit? ubi tunc christiani, cum res Romana tot historias laborum suorum subministravit? ubi tunc christiani, cum Hiera, Anaphe et Delos et Rhodos et Cea insulae multis cum milibus hominum pessum ierunt, vel quam Plato memorat maiorem Asia aut Africa in Atlantico mari mersam? cum Vulsinios de caelo, Pompeios de suo monte perfudit ignis? cum terrae motu mare Corinthium ereptum est? cum totum orbem cataclysmus abolevit?

2 de anima 1 (300, 7 RW) non unius urbis, sed universi orbis. Cic. in Cat. 1, 9 hic, hic sunt, qui de huius urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Vell. Paterc. 2, 44, 1 urbi orbique terrarum.

2 sqq. de pallio 2 (I 921 Oehl.) mutavit et totus orbis aliquando aquis omnibus situs. adhuc maris conchae et buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse. sed et enatando rursus in forma mutavit rursus orbis, alius idem. mutat et nunc localiter habitus, cum situs laeditur, cum inter insulas nulla iam Delos, harenae Samos, et Sibylla non mendax, cum in Atlantico Libyam aut Asiam adaequans quaeritur, cum Italiae quondam latus Hadria Tyrrhenoque quassantibus mediotenus interceptum reliquias Siciliam facit. Plin. h. n. 2, 86 nascuntur et alio modo terrae ac repente in aliquo mari emergunt, velut paria secum faciente natura quaeque hauserit hiatus alio loco reddente. 87. clarae iam pridem insulae Delos et Rhodos memoriae produntur; et natae postea minores, ultra Melon Anaphe, inter Lemnum et Hellespontum Neae, inter Lebedum et Teon Halone, inter Cycladas Thera et Therasia, inter easdem Olympiadis CXLV anno quarto Hiera eademque Automate et ab ea duobus stadiis . . . Thia. Amm. Marc. 17, 7, 13.

Hiera vel Thermessa parva insula erat ex Lipareis insulis prope Siciliam sita. Anaphe una ex Cycladibus prope Theram sita.

3 Oros. 4, 13, 13 tunc quoque magno terrae motu Caria et Rhodus insulae adeo obconcussae sunt, ut labentibus vulgo tectis ingens quoque ille colossus rueret. Euseb. chron. ad ann. Abr. 1910.

4 sq. Plato Tim. p. 24 E sqq. Plin. n. h. 2, 90 in totum abstulit terras primum omnium ubi Atlanticum mare est, si Platoni credimus, inmenso spatio, mox interno quoque: videmus hodie mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide et Ponto. Arnob. 1, 5 ut ante milia annorum decem ab insula quae perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato demonstrat, magna erumperet vis hominum et innumeras funditus deleret atque extingueret nationes, nos fuimus causa?

undarum Lucaniam abscisam in Siciliae nomen relegavit. Haec utique non sine iniuria incolentium accidere potuerunt.

5 Ubi vero tunc, non dicam deorum vestrorum contemptores christiani, sed ipsi dei vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit, vel, ut Plato putavit, campestre solummodo? 6 Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes, in quibus nati moratique sunt, etiam quas condiderunt; neque enim alias in hodiernum manerent, nisi et ipsae postumae cladis illius. 7 Nondum Iudaeum ab Aegypto examen Palaestina susceperat nec iam illic christianae sectae origo consederat, cum regiones adfines eius Sodoma et Gomorra igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma, conantur oculis tenus, ceterum contacta cinerescunt. 8 Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de christianis querebantur, cum Vulsinios de caelo, Pompeios de suo monte perfudit ignis. Nemo adhuc Romae

---

1 abscissam E *edd.* 5 velud PL 6 moratique F *cf. ad nat. 1, 9 (73, 25 RW) Löfst. I 49* mortuique V *cf. c. 12, 5* 7 alias in DE *edd. ad nat. 1, 9 (73, 26 RW)* illae in F alias V 8 Judaeorum F 10 ac fines DG *edd.* 12 conantur FV cernantur E oriantur D *Rhen. Gel.* cineres sunt F 13 tunc *om.* F ulicinios P^1BL

---

1 Plin. n. h. 2, 88 et hoc modo insulas rerum natura facit: avellit Siciliam Italiae.

3 sqq. ad nat. 1, 9 (73, 22 RW) ubi tunc, non dicam contemptores deorum christiani, sed ipsi dei vestri, quos clade illa posteriores loca, oppida approbant in quibus nati morati sepulti sunt, etiam quae condiderunt? non alias enim superfuissent ad hodiernum, nisi postuma cladis illius.

10 Gen. 19, 24; de pallio 2 (I 922 Oehl.) aspice ad Palaestinam. qua Jordanis amnis finium arbiter, vastitas ingens, et orba regio, et frustra ager. et urbes retro, et populi frequentes, et solus audiebat. dehinc ut deus censor est, impietas ignium meruit imbres: hactenus Sodoma, et nulla Gomorrha, et cinis omnia, et propinquitas maris iuxta cum solo mortem vivit. Tac. hist. 5, 7 haud procul inde campi quos ferunt olim uberes magnisque urbibus habitatos fulminum iactu arsisse; et manere vestigia, terramque ipsam, specie torridam, vim frugiferam perdidisse. nam cuncta sponte edita aut manu sata, sive herba tenus aut flore seu solitam in speciem adolevere, atra et inania velut in cinerem vanescunt.

11 sq. carm. de Sodoma 133 Semiperempta etiam si qua illic iugera laetas Autumni conantur opes, facile optima esse Promittunt oculis pira persica et omnia mala, Donec carpere aves: nam protinus indice tactu Solvitur in cinerem vacui fallacia pomi. Aug. de civ. d. 21, 5 poma in terra Sodomorum gigni quidem et ad maturitatis faciem pervenire, sed morsu pressuve temptata in fumum ac favillam corio fatiscente vanescere.

12 adv. Marc. 1, 24 (323, 23 K) anima tenus salvos, carne deperditos.

12 sq. de pall. 2 (I 922 Oehl.) ex huiuscemodi nu biloet Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios. Plin. n. h. 2, 52 Volsinii, oppidum Tuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine.

14 sq. acta Sebast. 12, 42 praefectus dixit: ex quo coepistis blasphemare deos et a cultura eorum recedere, ex eo diversis cladibus Romanus orbis opprimitur. Tranquillinus respondit: non est verum. nam si recenseas decadas stilo Livii digestas, una die viginti tria milia Romani exercitus invenies cecidisse. sed et illud non es immemor, quod Senonenses Galli etiam capitolium occupaverunt et omnem Romanam manum suis ludibriis subiugaverunt . . . antequam unum colerent homines deum.

deum verum adorabat, cum Hannibal apud Cannas per Romanos anulos caedes suas modio metiebatur. 9 Omnes dei vestri ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitolium Senones occupaverunt. Et bene quod, si quid adversi urbibus accidit, eaedem clades templorum quae et moenium fuerunt, ut iam hoc revincam, non ab eis evenire, quia et ipsis evenit.

10 Semper humana gens male de deo meruit; primo quidem ut inofficiosa eius, quem cum intellegeret ex parte, non solum non requisivit sed et alios insuper sibi conmenta, quos coleret; dehinc quod non inquirendo innocentiae magistrum et nocentiae iudicem et exactorem omnibus vitiis et criminibus inolevit. 11 Ceterum si requisisset, sequebatur, ut cognosceret requisitum et recognitum observaret et observatum propitium magis experiretur quam iratum. Eundem igitur nunc quoque scire debet iratum, quem et retro semper, priusquam christiani nominarentur. 12 Cuius bonis utebatur ante editis quam sibi deos fingeret, cur non ab eo etiam mala intellegat evenire, cuius bona esse non sensit? Illius rea est, cuius et ingrata.

13 Et tamen si pristinas clades conparemus, leviora nunc accidunt, ex

1 per Romanos anulos *incl. Col.* per *om.* FL 2 annulos caede sua F hominibus EL 3 occupaverunt *edd.* occupaverant V XLI de adversis urbium. Et V 4 accidit urbibus D *edd.* eadem F 5 et hoc F *Wal. Col.* revincat L ab his F a deis *edd.* quae et ipsis similia evenerunt F *Wal.* 8 non solum non F *Wal.* non V *Col.* *post* requisivit *habet* timendum F *Wal. glossema ad* ex parte *om.* V 9 sed et *secl. Col.* insuper sibi V sibi citius F *Wal. Col.* commenta F *Wal. Col.* commentata V *Rau. cf. Lact. div. inst. 2, 13, 11* 12 recognosceret EL 13 magis propitium D *edd.* ergo D *edd.* 15 deos sibi DG *edd.* 17 cuius bonis et ingrata est F 18 etiam tamen DG *Rhen.*

1 sq. Liv. 23, 12; Aug. de civ. d. 3, 19 unde tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit, quo intellegerent tantam in illo proelio dignitatem cecidisse Romanam, ut facilius eam caperet mensura quam numerus. Appian. Hann. 20 sq.; Cic. Tusc. 1, 37; off. 3, 11; Oros. 4, 16; Val. Max. 7, 2 ext. 16.

3 Liv. 5, 37 sqq.; Aug. de civ. d. 2, 22 sed tamen haec numinum turba ubi erat, cum longe antequam mores corrumperentur antiqui a Gallis Roma capta et incensa est? an praesentes forte dormiebant? tunc enim tota urbe in hostium potestatem redacta solus collis Capitolinus remanserat, qui etiam ipse caperetur, nisi saltem anseres diis dormientibus vigilarent. Oros. 2, 19; Min. Fel. 6, 2.

4 cf. c. 25, 14; Min. Fel. 25, 6 tot de diis spolia, quot de gentibus et tropaea.

8 Paul. ad Cor. 1, 13, 12.

9 1. Rom. 21 sqq.; ad nat. 2, 9 (111, 12 RW) quos (deos) ipsi (Romani) sunt commenti. Lact. div. inst. 2, 13, 11 postea deinde portentificas animalium figuras quas colerent commenti sunt.

11 Justin. apol. 1, 57, 1 *τοὺς ἀλόγως βιοῦντας καὶ ἐμπαθῶς ἐν ἔθεσι φαύλοις τεθραμμένους.*

17 adv. Marc. 4, 25 (504, 12 K) reos habuit (deus) sapientes atque prudentes. Cic. pro Milone 35 reus Milonis lege Plautia fuit Clodius.

18 sq. Justin. apol. 2, 6, 1 *ὅθεν καὶ ἐπιμένει ὁ θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι . . . διὰ τὸ σπέρμα τῶν χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν ἐστιν.* dial. c. Tryph. 39 *ὃν οὖν τρόπον διὰ τοὺς ἑπτακισχιλίους ἐκείνους (οἳ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ) τὴν ὀργὴν οὐκ ἐπέφερε τότε ὁ θεός, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν οὐδέπω τὴν κρίσιν ἐπήνεγκεν ἢ ἐπάγει, γινώσκων ἔτι καθ᾽ ἡμέραν τινὰς μαθητευομένους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ καὶ ἀπολείποντας τὴν ὁδὸν τῆς πλάνης.*

quo christianos a deo orbis accepit. Exinde enim et innocentia saeculi iniquitates temperavit et deprecatores dei esse coeperunt. 14 Denique cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt et annus in cura est, vos quidem cottidie pasti statimque pransuri, balneis et cauponiis et lupanaribus operantibus, aquilicia Iovi inmolatis, nudipedalia populo denuntiatis, caelum apud Capitolium quaeritis, nubila de laquearibus exspectatis, aversi ab ipso et deo et caelo. 15 Nos vero ieiuniis aridi et omni continentia expressi, ab omni vitae fruge dilati, in sacco et cinere volutantes invidia caelum tundimus, deum tangimus, et cum misericordiam extorserimus, Iuppiter honoratur.

XLI. Vos igitur inportuni rebus humanis, vos publicorum incommo-

---

1 exinde F *Löfst. I 94* ex eo V   4 cauponis L *edd. Wal. Col.*   9 voluntates BL volvitantes P   10 honoratur. XLII quod deus spernitur et statuae adorantur V honoratur a vobis deus negligitur F *Wal. ex titulo; cf. praef. 13, 21*
11 vos *(alterum)* F   vos rei V vos regi L

---

3 Cypr. ad Demetr. 2 (352, 9 H) quodque imbres et pluvias serena longa suspendant nobis imputari (cum dicas); de mort. 8 (301, 22 H) quando imbrem nubila suspendunt, omnibus siccitas una est.

5 Festus s. v. aquaelicium dicitur, cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur.

de ieiun. 16 (295, 23 RW) cum stupet caelum et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Petron. 44, 18 antea stolatae ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Jovem exorabant; itaque statim urceatim pluvebat.

6 de laquearibus scl. templorum.

7 sq. de ieiun. 13 (291, 27 RW) episcopi universae plebi mandare ieiunia adsolent, non dico de industria stipium conferendarum, ut vestrae capturae est, sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa.

8 cf. c. 21, 2 multatos se et oculorum et aurium fruge; de pud. 16 (254, 5 RW) a iusta fruge naturae . . . animas ieiunare. Aug. de baptism. 2, 1, 2 Petrus a corona differtur.

9 de ieiun. 16 (295, 25 RW) apud quasdam vero colonias praeterea annuo ritu saccis velati et cinere conspersi idolis suis inediam supplicem obiciunt. de paenit. 9 (I 660 Oehl.) de ipso quoque habitu et victu mandat sacco et cineri incubare. de pud. 5 (227, 23 RW) in sacco et cinere inhorrescunt. Cypr. de laps. 31 (260, 14 H) in sacco et cinere volutatur exomologesim faciens dolenter; 35 (262, 26 H) in cilicio et sordibus volutari. Joseph. Flav. antiq. Jud. 12, 300 *ὁ Ἰούδας . . . παρεκελεύετο τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης ἔχοντας ἐν τῷ θεῷ τοῦτον ἱκετεύειν τῷ πατρίῳ νόμῳ, σάκους περιθεμένους, καὶ τὸ σύνηθες αὐτῷ σχῆμα τῆς ἱκετείας παρὰ τοὺς μεγάλους κινδύνους ἐπιδείξαντας, τούτῳ δυσωπῆσαι παρασχεῖν αὐτοῖς τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν κράτος.*

de or. 5 (184, 12 RW) clamant ad dominum invidia animae martyrum sub altare. Cypr. de mort. 10 (302, 16 H) ut vi doloris inpatiens aliquid adversus deum querula et invidiosa voce loqueretur. carm. de Sodoma 21 Pulsabant caelum invidia.

Verg. Aen. 4, 447 hinc vocibus heros Tunditur; Terent. Hec. 123 tundendo atque odio effecit senex; Stat. silv. 5, 77 nonne horridus ipsos Invidia superos iniustaque tartara pulsem? Senec. de benef. 1, 3, 1 qui instat et onerat priora sequentibus, etiam ex duro et immemori pectore gratiam extundit. Sueton. Vespas. 2, 2 ea demum extudit magis convicio quam precibus vel auctoritate. Matth. 11, 12.

10 Petron. 87, 3 nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat.

dorum inlices semper, apud quos deus spernitur, statuae adorantur. Utique enim credibilius haberi debet eum irasci, qui neglegatur quam qui coluntur? 2 Sed ne illi iniquissimi, qui propter christianos etiam cultores suos laedunt, quos separare deberent a meritis christianorum. 'Hoc', inquitis, 'et in deum vestrum repercutere est, si quod et ipse patitur, propter profanos etiam suos cultores laedi.' Admittite prius dispositiones eius, et non retorquebitis. 3 Qui enim semel aeternum iudicium destinavit post saeculi finem, non praecipitat discretionem, quae est condicio iudicii, ante saeculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus et indulgens et incessens; communia voluit esse et commoda profanis et incommoda suis, ut pari consortio omnes et lenitatem eius et severitatem experiremur. 4 Qui autem ita discimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus severi-

1 illicet D 2 utique enim F *Wal. Col.* etenim V *Rau.* 3 sed ne F *Wal.* aut ne V *Rau. Col.* an ne DG *Rhen.* aut nae *Oehl.* qui F *Wal.* si V *Rau. Col.* 4 suos *om.* EL 5 si quod (quid E) V *Oehl.* si quidem *edd. Rau.* si qui F *cf. praef. 9* qui *Wal. Col.* 6 patitur F *edd. Rau. Wal. Col.* patiatur V cultores suos D *edd.* 10 incessens F *cf. adv. Marc. 5, 13 (620, 15 K)* increpans V 12 sq. qui autem F quia haec V *Rau. Col. cf. praef. 13, 20* 13 discimus F didicimus V *edd.*

1 de paenit. 9 (I 660 Oehl.) conversationem iniungens misericordiae illicem. Plaut. Poen. 745 qui illius malae rei tantae fuimus inlices.
spernitur — adorantur: cf. c. 22, 13.

2 Cypr. ad Demetr. 5 (354, 14 H) non enim . . . ista accidunt, quod dii vestri a nobis non colantur, sed quod a vobis non colatur deus . . . utique quando ea fiunt quae iram dei indignantis ostendunt non propter nos fiunt a quibus deus colitur, sed delictis et meritis vestris inrogantur, a quibus deus omnino nec quaeritur nec timetur.

3 sq. ad nat. 1, 9 (74, 1 RW) inprimis ne deos vestros iniustissimos pronuntietis, qui propter contemptores etiam cultores suos laedunt, tunc nec vosmetipsos errare probatis, si deos traditis qui vos a meritis profanorum non discernunt?

5 sq. Min. Fel. 12, 2 ecce pars vestrum et maior melior, ut dicitis, egetis algetis, opere fame laboratis, et deus patitur dissimulat, non vult aut non potest opitulari suis; ita aut invalidus aut iniquus est. Arnob. 2, 76 cur ergo, inquit, si omnipotenti servitis deo et eum habere confiditis salutis atque incolumitatis vestrae curam, cur persecutiones patitur perpeti tantas atque omnia genera poenarum et suppliciorum subire? Lact. div. inst. 5, 21, 7 non me fugit quid responderi e contrario possit: cur ergo deus ille singularis, ille magnus, quem rerum potentem, quem dominum omnium confiteris, haec fieri patitur nec cultores suos aut vindicat aut tuetur? Aug. de civ. d. 1, 29 illi vero, qui probitati eius insultant eique dicunt, cum forte in aliqua temporalia mala devenerit: ubi est deus tuus? ipsi dicant, ubi sint dii eorum, cum talia patiuntur, pro quibus evitandis eos vel colunt vel colendos esse contendunt.

8 Matth. 13, 49; 25, 31.

9 sq. Matth. 5, 45; Luc. 5, 35. Cypr. de mort. 8 (301, 7 H) at enim quosdam movet quod aequaliter cum gentilibus nostros morbi istius valitudo corripiat. ad Demetr. 19 (364, 15 H) quamdiu enim corpus hoc permanet commune cum ceteris, sit necesse est et corporalis condicio communis nec separari generi humano ab invicem datur, nisi istinc de saeculo recedatur. intra unam domum boni et mali interim continentur.

10 adv. Marc. 5, 13 (620, 15 K) adeo autem Judaeos incesserat, ut ingesserit propheticam increpationem: propter vos nomen dei blasphematur.

12 Paul. ad Rom. 11, 22.

tatem, vos contra utramque despicitis; et sequitur, ut omnes saeculi plagae nobis, si forte, in admonitionem a deo obveniant, vobis in castigationem.

5 Atquin nos nullo modo laedimur; inprimis quia nihil nostra refert in hoc aevo, nisi de eo quam celeriter excedere; dehinc, quia si quid adversi infligitur, vestris meritis deputatur. Sed etsi aliqua nos quoque praestringunt ut vobis cohaerentes, laetamur magis recognitione divinarum praedicationum confirmantium scilicet fiduciam et fidem spei nostrae. 6 Sin vero ab eis, quos colitis, omnia vobis mala eveniunt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos, qui magis vos in dolore christianorum iuvare et adserere debuerant?

XLII. Sed alio adhuc iniuriarum titulo postulamur: et infructuosi negotiis dicimur. Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus habitus instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Neque enim Brachmanae aut Indorum gymnosophistae sumus, silvicolae et

2 obveniunt F vobis in castigationem *post* admonitionem *pos.* V 6 id meritis F *Col.* 7 perstringunt L *edd.* 8 confirmamur ut scilicet F 9 nostrae agnoscentes F sin vero V enim vero si F quos colitis V molitis F male veniunt F *sed cf. c. 40, 12* 10 nostra F quid V cur F *Wal.* colere eos F *Wal.* 11 dolorem D *edd.* debuerant quos separare deberent a meritis christianorum *(ex § 1)*. XLIII quod infructuosos nos dicunt V 12 adhuc F quoque V *sed cf. Quintil. 2, 21, 6* atque adhuc alibi; *Senec. ep. 52, 4* praeter haec adhuc invenies genus aliud. 13 negotiis F in negotiis V *sed cf. c. 42, 3; 43, 2*

2 Min. Fel. 36, 9 itaque et nobis deus nec non potest subvenire nec despicit, cum sit et omnium rector et amator suorum, sed in adversis unumquemque explorat et examinat, ingenium singulorum periculis pensitat, usque ad extremam mortem voluntatem hominis sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur. Aug. de civ. d. 1, 8.

4 Paul. ad Coloss. 3, 1; Phil. 3, 19 sq.; Matth. 6, 33; Justin. apol. 1, 8, 2 *ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες· τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες τῆς μετὰ θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν, οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν θεὸν δι' ἔργων πείσαντας, ὅτι αὐτῷ εἵποντο καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἤρων, ἔνθα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ.* 1, 57, 2; Cypr. ad Demetr. 18 nec ideo quis putet christianos his quae accidunt non vindicari, quod et ipsi videantur accidentium incursione perstringi. poenam de adversis mundi ille sentit cui et laetitia et gloria omnis in mundo est. ille maeret et deflet, si sibi male sit in saeculo . . . ceterum nullus his dolor est de incursatione praesentium quibus fiducia est futurorum bonorum.

8 cf. c. 23, 18; 39, 3; Cypr. ad Demetr. 20 (365, 3 H) viget aput nos spei robur et firmitas fidei.

9 sqq. ad nat. 1, 9 (74, 4 RW) quodsi, ut unus atque alius vanissimus ait, idcirco vobis quoque irascuntur, quoniam de nostra eradicatione neglegitis, absolutum est de infirmitate et mediocritate eorum: nam non irascerentur vobis in animadversione cessantibus, si ipsi ex se quid possent. Orig. c. Cels. 3, 15 *οἱ παντὶ τρόπῳ διαβάλλοντες τὸν λόγον τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ τοσοῦτο νῦν στάσεως ἐν πλήθει τῶν πιστευόντων νομίσωσιν εἶναι, ἐν τῷ μὴ προσπολεμεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν ἡγουμένων ὁμοίως τοῖς πάλαι χρόνοις.*

14 sq. Philostr. vita Apoll. 5, 33, 4 *ἐκεῖνοι (οἱ Ἰουδαῖοι) μὲν γὰρ πάλαι ἀφεστᾶσιν οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων, οἱ γὰρ βίον ἄμικτον εὑρόντες, καὶ οἷς μήτε κοινὴ πρὸς ἀνθρώπους τράπεζα μήτε σπονδαὶ μήτε εὐχαὶ μήτε θυσίαι, πλέον ἀφεστᾶσιν ὑμῶν ἢ Σοῦσα καὶ Βάκτρα καὶ οἱ ὑπὲρ ταῦτα Ἰνδοί.*

15 Suidas s. v. *Βραχμάν: ὅτι οἱ Βραχμᾶνες ἔθνος ἐστὶν εὐσεβέστατον καὶ βίον*

exsules vitae. 2 Meminimus gratiam debere nos deo domino creatori; nullum fructum operum eius repudiamus, plane temperamus, ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis tabernis officinis stabulis nundinis vestris ceterisque commerciis cohabitamus hoc saeculum. 3 Navigamus et nos vobiscum et militamus et rusticamur et mercamur: proinde miscemus, artes, operas nostras publicamus usui vestro. Quomodo infructuosi videmur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio. 4 Sed si caeremonias tuas non frequento, attamen et illa die homo sum. Non lavo sub noctem Saturnalibus, ne et noctem et diem perdam; attamen lavo iusta hora et salubri, quae mihi et calorem et sanguinem servet; rigere et pallere post lavacrum mortuus possum. 5 Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis supremam cenantibus mos est; attamen ubicumque de copiis tuis ceno. 6 Non emo capiti coronam; quid tua interest, emptis nihilominus floribus

1 nos debere DG *edd.* domino deo *edd.* 3 mutamur PBDG 5 hoc saeculum F in hoc saeculo (saeculum E) V *edd.* 6 vobiscum et vobiscum militamus F *Wal.* mercamur DE *edd. Wal.* mercatus V 7 operas nostras F *cf. c. 6, 10 Hoppe II 76* opera nostra V 8 videamur *edd.* nescio F *Wal.* 9 sed V et F *Wal.* et *om.* D *edd.* 10 *et* 11 lavo F lavor V sub noctem F diliculo V 11 attamen V sed F *Wal. Col.* iusta *scripsi, cf. praef. 16* honesta V *Rau.* et debita F *Wal. Col.* colorem L 12 frigere F *Wal.* 13 suprema DG *edd. Rau.* 14 ubicumque F ubi V ubiubi *Herald. Rig.*

ἀκτήμονα σφόδρα κεκτημένον . . . παρ' οἷς οὐδὲν τετράποδον ἔστιν, οὐ γεώργιον, οὐ σίδηρος, οὐκ οἰκοδομή, οὐ πῦρ, οὐ χρυσός, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἄρτος οὐκ οἶνος, οὐ κρεωφαγία. Strabon. 15, 712 *διατρίβειν δὲ τοὺς φιλοσόφους (Βραχμᾶνας) ἐν ἄλσει πρὸ τῆς πόλεως ὑπὸ περιβόλῳ συμμέτρῳ.* Clem Alex. Strom. 3, 7 (60, 2); *Βραχμᾶναι γοῦν οὔτε ἔμψυχον ἐσθίουσιν οὔτε οἶνον πίνουσιν.* 60, 4 *οὔτε δὲ οἱ γυμνοσοφισταὶ . . . γυναιξὶ χρῶνται. παρὰ φύσιν γὰρ τοῦτο καὶ παράνομον δοκοῦσι, δι' ἣν αἰτίαν σφᾶς αὐτοὺς ἁγνοὺς τηροῦσιν.*

8 de idol. 6 (35, 27 RW) non dico cum quibus, sed de quibus vivimus.

10 Senec. ep. 18, 1 december est mensis (17.—24.): cum maxime civitas sudat. ius luxuriae publicae datum est. ingenti apparatu sonant omnia, tamquam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agendarum.

de an. 50 (381, 22 RW) sed cur tam infrequens (balneum), tam occultum, quo paucissimi lavant?

Juvenal. 11, 204 iam nunc in balnea salva Fronte licet vadas, quamquam solida hora supersit Ad sextam. Plin. ep. 3, 1, 8 est autem (hora balnei) hieme nona, aestate octava. Vitruv. 5, 10, 1 maxime tempus lavandi a meridiano ad vesperum est constitutum.

11 sq. Senec. ep. 106, 5 vide an voltum nobis mutent (adfectus), . . . an ruborem evocent, an fugent sanguinem. Plin. ep. 1, 14, 8 est illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore. Apul. met. 9, 30 vident . . . exanimem pendere dominum eumque nodo cervicis absolutum detractumque summis plangoribus summisque lamentationibus deplorant atque ultimo lavacro procurant.

13 Liberalibus: die 17. mensis Martii.

supremam cenantibus: de spect. 12 (15, 7 RW) pultes pridianae. Passio ss. Perpet. et Fel. 17 pridie quoque, cum illam cenam ultimam, quam liberam vocant, quantum in ipsis erat, non cenam liberam, sed agapen cenarent. Suidas s. v. *εἴποις τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ: τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀγομένοις παρρησία ἐξῆν, σίτου καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν ἃ βούλοιντο· μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο τὴν πρὸς θάνατον.*

quomodo utar? Puto gratius esse liberis et solutis et undique vagis; sed etsi in coronam coactis, nos coronam naribus novimus; viderint qui per capillum odorantur. 7 Spectaculis non convenimus; quae tamen apud illos coetus venditantur si desideravero, liberius de suis locis sumam. Tura plane non emimus; si Arabiae queruntur, sciant Sabaei plures et cariores suas merces christianis sepeliendis profligari quam deis fumigandis.

8 'Certe', inquitis, 'templorum vectigalia cottidie decoquunt; stipes quotusquisque iam iactat?' Non enim subficimus et hominibus et deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quam petentibus inpertiendum. Denique porrigat manum Iuppiter et accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim quam vestra religio templatim. 9 Sed cetera vectigalia gratias christianis agent ex

---

1 esse *om.* F *Wal. Col.* 2 vos F coronam naribus V enim non F 4 vendicantur DEL si] quod ego si F de suis *Löfst. II 95, Hoppe I 103* de suis de propriis F de propriis V *Rau. Col.* 5 sumam tura F sumantur V 6 plures et cariores F pluris et carioris V 13 sed et FL vectigalia laeduntur sufficit si cetera F *Wal. Col. cf. praef. 10* agunt F *Wal. Col.*

---

2 de cor. 2 (I 418 Oehl.) neminem dico fidelium coronam capite nosse. 5 (I 427 Oehl.) utere itaque floribus visu et odoratu, quorum sensuum fructus est, utere per oculos et nares, quorum sensuum membra sunt. (428) tam contra naturam est florem capite sectari quam cibum aure, quam sonum nare. Min. Fel. 38, 2 sane quod caput non coronamus, ignoscite; auram bonam floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire. Cypr. de laps. 2 (238, 5 H) ab inpio scelerato-que velamine quo illic velabantur sacrificantium capita captiva caput vestium liberum mansit; frons cum signo dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reservavit. Clem. Alex. Paedag. 2, 8 (61, 1) *στεφάνων δὲ ἡμῖν καὶ μύρων χρῆσις οὐκ ἀναγκαία.* (70, 4) *ναὶ μὴν καὶ τὸ τερπνὸν τῆς ἀνθήσεως οἱ καταστεφθέντες ἀπολλύουσιν. οὔτε γὰρ ἀπολαύουσι τῆς ὄψεως οἱ ἀναδούμενοι τὸν στέφανον ὑπὲρ τὰς ὄψεις οὐδὲ μὴν τῆς εὐωδίας οἱ ἀπελαύνοντες ὑπὲρ τὰς ἀναπνοὰς τὰ ἄνθη· ἀναδιδούσης γὰρ ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένης κατὰ φύσιν τῆς εὐωδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ἔρημος τῆς ἀπολαύσεως ἡ ἀναπνοὴ καταλείπεται, ἀφαρπαζομένης τῆς εὐωδίας. ὥσπερ οὖν τὸ κάλλος, οὕτως καὶ τὸ ἄνθος τέρπει βλεπόμενον, καὶ χρὴ δι᾽ ὄψεως ἀπολαύοντας τῶν καλλῶν δοξάζειν τὸν δημιουργόν.* Lucian. Nigrin. 32 *εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι παρ᾽ αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοήν, ἵν᾽ ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς.*

5 sq. de cor. 10 (I 440 Oehl.) si me odor alicuius loci offenderit, Arabiae aliquid incendo, sed nec eodem ritu nec eodem habitu nec eodem apparatu quo agitur apud idola. de idol. 11 (41, 20 RW) viderint, si eaedem merces, tura dico et cetera peregrinitatis ad sacrificium idolorum etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solacia sepulturae usui sunt. de carn. res. 27 (65, 2 K) proinde enim et corpora medicata condimentis sepulturae mausoleis et monumentis sequestrantur.

6 profligari: inpendi; cf. Tac. ann. 16, 18 habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.

cariores: cf. c. 30, 6.

8 cf. c. 13, 5 sq. Plin. ep. 10, 96, 10 certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari et sacra sollemnia diu intermissa repeti pastumque venire victimarum, cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur. Arnob. 1, 24 fanatici, qui ne suae artes intereant ac ne stipes exiguas consultoribus excutiant iam raris, si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt, negleguntur dii, clamitant, atque in templis iam raritas summa est.

10 sq. cf. Matth. 7, 7; Marc. 11, 24; Luc. 6, 30. 35; Joh. 14, 13; 16, 23 sq.

fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus, ut si ineatur quantum publico pereat fraude et mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, unius speciei querela conpensata pro ceterarum rationum securitate.

XLIII. Plane confitebor, quinam, si forte, vere de sterilitate christianorum conqueri possint. Primi erunt lenones perductores aquarioli, tum sicarii venenarii magi, item haruspices harioli mathematici.
2 His infructuosos esse magnus est fructus. Et tamen quodcumque dispendium est rei vestrae per hanc sectam, cum aliquo praesidio conpensari potest. Quanti habetis, non dico iam qui de vobis daemonia excutiant non dico iam qui pro vobis quoque vero deo preces sternant, sed a quibus nihil timere possitis?

XLIV. At enim illud detrimentum rei publicae tam grande quam verum nemo circumspicit, illam iniuriam civitatis nullus expendit, cum tot iusti inpendimur, cum tot innocentes erogamur.
2 Vestros enim iam contestamur actus, qui cottidie iudicandis custodiis praesidetis, qui sententiis elogia dispungitis. Quot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur! quis illic sicarius, quis manticularius, quis sacrilegus aut conruptor aut lavantium praedo, quis

---

1 qua] quo E quia L cum F *Wal.* 2 publico F vectigalibus V et fraude F *Wal. Col.* 3 compensato F 4 pro F pro commodo V *Rau.* rationum securitate F rationum V 5 XLIIII de lenocinio. Plane V quidnam L quoniam F 6 possunt FGL *edd.* harioli F 7 secarii PE sequarii B securii L 8 fructus est D *edd.* 9 aliquo utique F *Wal. Col. cf. praef. 15* 10 XLV de exorcismate. Quanti V iam qui F qui iam V 11 discutiant F *Wal.* 12 sternant quia forte non creditis V *Oehl. Wal.* fundant F quia forte non creditis *secl. Rau. Col. cf. praef. 12, 19* 13 XLVI de custodiis ethnicorum. At (et DL) V tam verum tam (quam *Wal.*) grande F *Wal.* 17 *et* 18 eologia PB eulogia EL quot F tot V

---

1 Justin. apol. 1, 17, 1 *φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ.*

2 sq. Liv. 35, 7, 3 ut qui post eam diem socii civibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur. inde postquam professionibus detecta est magnitudo aeris alieni ... Cic. in Verr. actio sec. 3, 47, 113 in Leontino iugerum subscriptio ac professio non est plus XXX.

6 Ovid. am. 3, 12, 11 Me lenone placet, duce me perductus amator, Ianua per nostras est adaperta manus. Hor. sat. 2, 5, 76 putasne, Perduci poterit tam frugi tamque pudica? Ps. Ascon. in Cic. in Verr. actio sec. 1, 33 lenones sunt scortorum, perductores etiam invitarum personarum et in quibus stupra exercita legibus vindicantur. Lact. 6, 17, 19 utrum pecuniam uam perductores aleatores lenonesque diripiant.

Festus s. v. aquarioli: aquarioli dicebantur mulierum inpudicarum sordidi adseculae.

11 excutiant: cf. c. 21, 7.

12 Hierem. 42, 9 (Vulg.) misistis me, ut prosternerem preces vestras in conspectu eius.

15 erogamur *et* inpendimur: interficimur.

17 ad nat. 1, 2 (61, 2 RW) non statim confesso eo nomen homicidae dispuncta causa est aut satiata cognitio.

18 Festus s. v. manticulari: manticulari dicuntur, qui manticulas adtrectant,

idem etiam christianus adscribitur? proinde cum christiani suo titulo obferuntur, quis ex illis etiam talis quales tot nocentes? 3 De vestris semper aestuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiae saginantur, de vestris semper munerarii noxiorum greges pascunt. Nemo illic christianus, nisi hoc tantum; aut si et aliud, iam non christianus.

XLV. Nos ergo soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est. Innocentiam a deo edocti et perfecte eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus, ut ab incontemptibili dispectore mandatam. 2 Vobis autem humana aestimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit; inde

1 proinde F aut V *Rau.* 2 quales tot nocentes V qualis etiam notatur nomine F *Wal. Col. glossema ad* etiam christianus adscribitur. 4 semper bestiae V etiam bestiae F 5 hoc tantum F plane tantum christianus V 7 XLVII de innocentia christianorum. Nos V 8 edocti V doctore F 10 intemtibili F dispectore mandatam V deo doctore praeceptam F aestimatio V doctrina F

ut furentur. unde poetae pro dolose quid agendo hoc verbo utuntur. Pacuvius (377): „ad manticulandum astu adgreditur."

ad Scap. 2 (I 540 Oehl.) nos quos sacrilegos existimatis, nec in furto unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio.

de fuga 13 (I 489 Oehl.) nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum inter tabernarios et inaneos et fures balnearum et aleones et lenones christiani quoque vectigales continentur. de idol. 5 (34, 25 RW) fures balneares.

1 sq. de idol. 1 (30, 5 RW) etsi suo quodque (delictum) nomine iudicio destinatur. ad Scap. 4 (I 459 Oehl.) quis denique de nobis alio nomine queritur? ad nat. 1, 3 (62, 8 RW) porro sententiae vestrae nihil nisi christianum confessum notant.

3 Min. Fel. 35, 6 denique de vestro numero carcer exaestuat, christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus.

4 sq. Cypr. ad Donat. 7 (8, 23 H) paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. inpletur in sucum cibis fortioribus corpus, et arvinae toris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in poenam carius pereat. Tac. hist. 2, 88 singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam dividebat.

5 ep. Petr. 1, 4, 15; cf. c. 46, 17; Min. Fel. 35, 6 (cf. ad lin. 3); Justin. apol. 1, 16, 8 *οἱ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες, ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες χριστιανοί, κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα.*

7 Lact. div. inst. 5, 9, 21 nostro autem populo quid horum potest obici, cuius omnis religio est sine scelere ac sine macula vivere? cum igitur videant se ac suos ea quae diximus gerere, nostros autem nihil aliut operari nisi aecum et bonum, poterant, si quid saperent, ex hoc intellegere et illos qui bonum faciunt pios esse et se inpios qui nefanda committunt. neque enim fieri potest ut qui in omnibus vitae suae actibus non errant, in ipsa summa errent, hoc est in religione, quae rerum omnium caput est.

10 de an. 51 (320, 17 RW) si enim scrutatorem et dispectorem cordis deum legimus. de test. an. 2 (136, 23 RW) sunt qui, etsi deum non negent, dispectorem plane et arbitrum et iudicem non putent. ad uxor. 2, 8 (I 694 Oehl.) quasi re vera dispectores divinarum sententiarum.

de carn. res. 9 (38, 4 K) dilectionem mandans post suam in proximum faciet et ipse quod praecepit.

de monog. 3 (I 764 Oehl.) ostendit illa quae supra dixerat non dominicae auctoritatis fuisse, sed humanae aestimationis.

nec plenae nec adeo timendae estis disciplinae ad innocentiae veritatem. Quanta prudentia hominis ad demonstrandum, quid vere bonum, tanta auctoritas ad exigendum; tam illa falli facilis, quam ista contemni. 3 Atque adeo quid plenius, dicere: 'Non occides', an docere: 'Ne irascaris quidem?' Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria concupiscentia arcere? Quid eruditius, de maleficio, an et de maliloquio interdicere? Quid instructius, iniuriam non permittere, an nec vicem iniuriae sinere? 4 Dum tamen sciatis ipsas leges quoque vestras, quae videntur ad innocentiam pergere, de divina lege, ut antiquiore forma mutuatas. Diximus iam de Moysi aetate.

5 Sed quanta auctoritas legum humanarum, cum illas et evadere homini contingat plerumque in admissis delitiscenti et aliquando contemnere ex voluntate vel necessitate 6 Recogitate eam etiam pro brevitate supplicii cuiuslibet, non tamen ultra mortem remansuri. Sic et Epicurus

---

1 nec *om.* EL plane EL 2 quanta F tanta est V 2 quid vere bonum F bonum V *Rau. Col.* 3 tanta F quanta V 4 dicere V dictum est F *Col.* docere V vero F *Wal. Col.* 7 et *om.* D *Rhen.* 8 dum V admodum *Col.* 9 quoque leges *edd.* 10 antiquiore, formam mutatas F 12 illas et FE illa sed V 13 et plerumque V et *om.* F delitiscenti F delitiscendi V 14 necessitate F *Wal.* necessitate delinquendi (deliquendi P delinquenti *Rig.*) V 14 recogitata BEL eam *Kellner Rau. om.* FE ea V veritate F

---

1 de spect. 21 (21, 27 RW) ethnici, quos penes nulla est veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis deus, malum et bonum pro arbitrio et libidine interpretantur.

2 de spect. 20 (21, 26 RW) non potest aliud esse, quod vere quidem est bonum seu malum.

3 cf. Tac. hist. 4, 39 ne paratis quidem corrumpi facilis.

4 Matth. 5, 21, 22; Exod. 20, 13.

5 plenius . . . perfectius: de carn. res. 14 (43, 22 K) dicimus plenum primo perfectumque credendum iudicium dei. adv. Marc. 4, 16 (470, 4 K) rationem patientiae praecipiendae et quidem tam plenae atque perfectae.

5 sq. Matth. 5, 27; Exod. 20, 14.

7 Matth. 5, 22.

8 Matth. 5, 38; Exod. 21, 24; Luc. 6, 29; Rom. 12, 17; Cor. 1, 6, 7.

vicem: cf. c. 37, 1. adv. Marc. 2, 28 (375, 15 K) sed et vester vicem prohibens iterabilem magis iniuriam facit. 4, 16 (468, 22 K) novam plane patientiam docet Christus, etiam vicem iniuriae cohibens permissum a creatore, oculum exigente pro oculo et dentem pro dente. 4, 31 (527, 20 K) qui scilicet humanitatis istius vicem retribuere non possint.

10 Justin. apol. 1, 44, 8 *ὥστε καὶ Πλάτων εἰπών „αἰτία ἑλομένου, θεὸς δὲ ἀναίτιος“, παρὰ Μωϋσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε· πρεσβύτερος γὰρ Μωϋσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. καὶ πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς ἢ τιμωριῶν τῶν μετὰ θάνατον ἢ θεωρίας οὐρανίων ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται καὶ ἐξηγήσαντο. ὅθεν παρὰ πᾶσι σπέρματα ἀληθείας δοκεῖ εἶναι.*

10 diximus: cf. c. 19, 3.

14 Lact. div. inst. 5, 13, 14 non necessitate, quia licet vitare si velint, sed voluntate, quia confidunt deo.

15 sqq. La. Diog. 10, 31, 4 *οὐ χρονίζει τὸ ἀλγεῖν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκί· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι, τὸ δὲ μόνον ὑπερτεῖνον τὸ ἡδόμενον κατὰ σάρκα οὐ πολλὰς ἡμέρας συμβαίνει.* Cic. de fin. 2, 7, 22 iam doloris medicamenta illa Epicurea

omnem cruciatum doloremque depretiat, modicum quidem contemptibilem pronuntiando, magnum vero non diuturnum. 7 Enimvero nos, qui sub deo, omnium speculatore, dispungimur quique aeternam ab eo poenam providemus, merito soli innocentiae occurrimus et pro scientiae plenitudine et pro latebrarum difficultate et pro magnitudine cruciatus non diuturni, verum sempiterni, eum timentes, quem timere debebit et ipse, qui iudicat, deum, non proconsulem [timentes].

XLVI. Constitimus, ut opinor, adversus omnium criminum intentationem, quae christianorum sanguinem flagitat; ostendimus totum statum nostrum, et quibus modis probare possimus, ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet et antiquitate divinarum litterarum, item ex confessione spiritualium potestatum. Existat qui nos revincere audebit: non arte verborum, sed eadem forma, qua probationem constituimus, de veritate debebit reniti.

2 Sed dum unicuique manifestatur veritas nostra, interim incredulitas, dum de bono sectae huius obducitur, quod usu iam et de

5 pro scientiae *edd.* pro spientie P^1 prospicientiae P^2BDGL pro patientiae E 6 verum tamen sempiternum deum timentes F 7 et *om.* F *Wal.* qui F *Wal.* qui timentes V *Rau.* 7 sq. non proconsulem timentes *secl. Col.* timentes *seclusi* 9 intentionem EL *edd.* 11 modis *om.* F *Col.* 13 spiritalium DEL existat F *om.* V *Rau. Wal. Col. excidit post* potestatum *ex similitudine* qui FV quis BD *edd.* 15 debebit reniti (renidi F) F *om.* V *editores omnes* 16 dumtamen F *Wal.* manifestetur EL 17 usu E *edd.Hoppe II 21* usui FV

tamquam de narthecio proment: si gravis brevis, si longus levis. Tusc. 2, 19, 44; Lucr. 3, 86 scire licet nobis nil esse in morte timendum. Usener, Epicurea 288.

1 de spect. 22 (23, 5 RW) amant quos multant, depretiant quos probant. ad nat. 1, 10 (77, 9 RW) nisi etiam, quemcumque habetis, depretietis aliqua indignitate.

7 sq. ad mart. 2 (I 7 Oehl.) iudicia denique non proconsulis, sed dei sustinet (mundus).

9 constitimus: cf. c. 4, 1.

criminum intentationem: cf. c. 4—38.

10 ostendimus: cf. c. 39—45.

11 de spect. 24 (24, 9 RW) quot adhuc modis probavimus, nihil ex his quae spectaculis deputantur placitum deo esse! adv. Marc. 1, 9 (301, 19 K) non eisdem modis et alium scias tibi examinandum, quibus iam in alio didicisti deum nosse.

12 ostendimus: cf. c. 19—20.

item: cf. c. 22—23.

14 sq. Min. Fel. 14, 2 neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis, quam utrimque plenius fuerit peroratum, maxime cum non laudi, set veritati disceptatio vestra nitatur . . . nos proinde solliciti, quod utrimque omni negotio disseratur et ex altera parte plerumque obscura sit veritas, ex altero latere mira subtilitas, quae nonnumquam ubertate dicendi fidem confessae probationis imitetur, diligenter quantum potest singula ponderemus, ut argutias quidem laudare, ea vero, quae recta sunt, eligere probare suscipere possimus. Lact. div. inst. 2, 5, 42 non tantum igitur veritate, sed etiam verbis suis revincuntur.

17 obducitur: convincitur; cf. c. 50, 3; de carn. res. 2 (26, 27 K) proinde et obducimus praescribendo nullum alium credendum deum praeter creatorem. adv. Marc. 3, 16 (404, 3 K) de nominibus iam obduximus: mihi vindico Christum, mihi defendo Jesum.

commercio innotuit, non utique divinum negotium existimat, sed magis philosophiae genus. 'Eadem', inquit, 'et philosophi monent atque profitentur, innocentiam iustitiam patientiam sobrietatem pudicitiam.' 3 Cur ergo quibus comparamur de disciplina, non proinde adaequamur de licentia et inmunitate disciplinae? vel cur et illi, ut pares nostri, non urgentur ad officia, quae nos non obeuntes periclitamur? 4 Quis enim philosophum sacrificare aut deierare aut lucernas meridie vanas prostituere conpellit? Quin immo et deos vestros palam destruunt et superstitiones publicas commentariis quoque accusant laudantibus vobis. Plerique etiam in principes latrant sustinentibus vobis, et facilius statuis et salariis remunerantur quam ad bestias pronuntiantur. 5 Sed merito; philosophi enim, non christiani, cog-

---

1 existimatis F 3 atque] et DE *edd.* 4 non proinde F non proinde illis V proinde illis non D *edd.* 5 de licentia *Schoppius* diligentia F ad licentiam V et immunitate F impunitatemque V cur et illud pares F 7 degerare P 8 prostituere F proferre V ferre L 9 publicas F *cf. ad c. 13, 5* vestras V 12 non enim D *Rhen. Gel.*

---

1 sq. Celsus ap. Orig. c. Cels. 1, 4 *ἴδωμεν καὶ ὡς τὸν ἠθικὸν τόπον οἴεται διαβαλεῖν τῷ κοινὸν εἶναι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοσόφους ὡς οὐ σεμνόν τι καὶ καινὸν μάθημα.* sed cf. de pallio 6 (I 956 Oehl.) gaude pallium et exulta! melior iam te philosophia dignata est ex quo christianum vestire coepisti. de test an. 1 (134, 11 RW) commemorantes et testificantes in singula rationem et originem et traditionem et argumenta sententiarum, per quae recognosci posset nihil nos aut novum aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes et publicae litterae ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris eiecimus aut aequitatis admisimus . . . iam igitur nihil nobis erit cum litteris et doctrina perversae felicitatis, cui in falso potius creditur quam in vero.

4 sq. ad nat. 1, 4 (63, 23 RW) et tamen philosophis patet libertas transgrediendi a vobis in sectam et ad auctorem et suum nomen, nec quisquam illis odium movet, cum in mores ritus cultus victusque vestros palam ac publice omnem eloquii amaritudinem elatrent, cum legum contemptu, sine respectu personarum, ut quidam etiam in principes ipsos libertatem suam inpune iaculentur. Athen. suppl. 2 *οὕτω καὶ τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας κρινομένους ὁρῶμεν· οὐδεὶς αὐτῶν ἀπὸ κρίσεως διὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην ἀγαθὸς ἢ πονηρὸς τῷ δικαστῇ εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ δόξας μὲν εἶναι ἄδικος κολάζεται, οὐδὲν τῇ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα . . ., ἀπολυσάμενος δὲ τὰς διαβολὰς ἀφίεται. ἔστω δὴ τὸ ἴσον καὶ ἐφ' ἡμῶν.*

8 prostituere: de spect. 8 (9, 26 RW) obelisci enormitas, ut Hermateles affirmat, Soli prostituta. adv. Marc. 1, 9 (301, 1 K) invenio plane ignotis deis aras prostitutas, sed Attica idolatria est. Arnob. 5, 28 (199, 23 R) viam comiter Prosymnus edisserit atque in limine ipso prostituit inferorum. Ovid. am. 1, 15, 5 nec me ingrato vocem prostituisse foro.

8 sqq. Justin. apol. 1, 4, 9 *καὶ τούτων* (*τῶν φιλοσόφων*) *τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν, ἆθλα τε καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τούτους τίθετε.* Theophil. ad Autol. 3, 8. 30. Lact. div. inst. 2, 3, 23 multi philosophorum religiones ut docui sustulerunt. de ira dei 11, 9 secutus eos (Graecos) Tullius tertio de natura deorum libro dissolvit publicas religiones.

10 laudantibus vobis: cf. c. 15, 3.

cf. ad lin. 4 sq.; Sueton Vesp. 13 Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem ac neque assurgere neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit (Vespasianus) canem appellare.

11 Justin. apol. 1, 4, 9; La. Diog. 10, 5, 9 *τὸν Ἐπίκουρον ἡ πατρὶς χαλκαῖς εἰκόσι τιμήσασα.* Lucian. Eunuch. 3 *συντέτακται μὲν ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη*

nominantur. Nomen hoc philosophorum daemonia non fugiunt. Quidni, cum secundum deos philosophi daemonas deputent? Socratis vox est: 'si daemonium permittat'. Idem et qui aliquid de veritate sapiebat deos negans, Aesculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. 6 O Apollinem inconsideratum! Sapientiae testimonium reddidit ei viro, qui negabat deos esse. In quantum odium flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide praestat obfendit; qui autem adulterat et adfectat, hoc maxime nomine gratiam pangit apud insectatores veritatis.

7 Quam inlusores et conruptores inimice philosophi adfectant veritatem et adfectando conrumpunt, ut qui gloriam captant, christiani

1 fugiunt F fugat V 3 qui F cum V 4 gallenatium P[1]L 5 iubebat V *cf. ad nat. 2, 2 (96, 19 RW); an. 1 (300, 5 RW)* mandabat F 11 qua *edd.* et inlusores et F contemptores F *Wal.* inimice V inimici F imminute E mimice G *edd. Rau. Col.*

κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωικοῖς λέγω καὶ Πλατωνικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ἐκ τοῦ περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν.

1 Arnob. 1, 45 ergo ille mortalis aut unus fuit e nobis, cuius imperium, cuius vocem popularibus et cotidianis verbis missam valetudines morbi febres atque alia corporum cruciamenta fugiebant? unus fuit e nobis, cuius praesentiam, cuius visum gens illa nequibat ferre mersorum in visceribus daemonum conterritaque vi nova membrorum possessione cedebat? ad nat. 2, 2 (cf. ad lin. 3 sq.)

2 de an. 1 (299, 24 RW) etsi post deos et cum deis daemonia deputantur penes poetas et philosophos.

3 cf. c. 22, 1; Platon. apol. 31 D; Cic. de divin. 1, 54.

3 sq. ad nat. 2, 2 (96, 17 RW) Socrates ipse deos istos quasi certus negabat. idem Aesculapio gallinaceum secari quasi certus iubebat. de an. 1 (299, 28 RW) quodsi idcirco sapientissimus Socrates secundum Pythii quoque daemonis suffragium scilicet negotium navantis socio suo, quanto dignior atque constantior christianae sapientiae adsertio, cuius adflatui tota vis daemonum cedit? haec sapientia de schola caeli quidem deos saeculi negare liberior, quae nullum Aesculapio gallinaceum reddi iubens praevaricetur. Lact. div. inst. 3, 20, 16 quis iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehendere, quas Athenis Socrates auctoritate sua confirmavit? illut vero nonne summae vanitatis, quod ante mortem familiares suos rogavit, ut Aesculapio gallum quem voverat prosecarent? Platon. Phaed. 118 A *ὁ δὲ τελευταῖον ἐφθέγξατο, ὦ Κρίτων, ἔφη, τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα.*

5 Platon. apol. 21 A *εἰς Δελφοὺς ἐλθὼν (Χαιρεφῶν) ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύεσθαι . . . εἴ τις ἐμοῦ εἴη σοφώτερος. ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι.* Xenoph. apol. 15; La. Diog. 2, 5, 37 *ταῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα λέγων καὶ πράττων πρὸς τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη, Χαιρεφῶντι ἀνελούσης ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον· Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.* Cic. de senect. 21, 178; Min. Fel. 13, 2.

7 sq. cf. Vell. Pat. 1, 9 vir in tantum laudandus, in quantum intellegi virtus potest.

8 Terent. Andr. 68 veritas odium parit; Commod. 2, 29, 5 quod veritas odium tollat.

9 de idol. 1 (30, 13 RW) adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est. ad nat. 1, 4 (63, 29 RW) veritatem saeculo operosissimam philosophi quidem affectant, possident autem christiani, ideoque qui possident magis displicent, quia qui affectat, inludit, qui possidet, defendit. de praescript. haeret. 7, 8 adfectatricem et interpolatricem veritatis; 30, 12.

11 Lact. div. inst. 3, 1, 1 philosophis pravitate ingeniorum turbantibus eam (veritatem) potius quam inlustrantibus. de opif. dei 20, 2 quoniam sunt (philosophi) ad turbandam veritatem perniciosi et graves.

12 cf. c. 47, 3; de an. 1 (299, 10 RW) philosophus gloriae animal.

et necessario adpetunt et integre praestant, ut qui saluti suae curant. 8 Adeo neque de scientia neque de disciplina, ut putatis, aequamur. Quid enim Thales, ille princeps physicorum, sciscitanti Croeso de divinitate certum renuntiavit, conmeatus deliberandi saepe frustratus? 9 Deum quilibet opifex christianus et invenit et ostendit et exinde totum, quod in deum quaeritur, re quoque adsignat; licet Plato adfirmet factitatorem universitatis neque inveniri facilem et inventum enarrari in omnes difficilem.

10 Ceterum si de pudicitia provocemus, lego partem sententiae Atticae in Socratem: conruptor adulescentium pronuntiatur. At christianus sexum nec femineum mutat. Novi et Phrynen meretricem Diogenis supra recumbentis ardore subantem; audio et quendam

---

1 salutis EL 2 conscientia EL *Gel.* 6 deo DG *Rhen. Rig.* 7 factorem E factitorem L facile FE 8 difficile F 9 provocemur E *Rhen. Gel. Rig. Wal.* 10 corruptor F corruptorem V pronuntiatur F pronuntiatum V pronuntiatam D *edd.* at — mutat *secl. Col. ut glossema* at christianus *scripsi* christianus ad F *Rau. Wal. om.* V 11 feminae F femina *Rau. Wal.* mutat F mutat christianus V 12 recubantis *edd.* ardore *Junius* ardori F *Col.* ardorem V

---

1 de praecr. haer. 14 cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Gell. 17, 9, 1 qui rebus eius absentis curabant. Apul. de deo Socar. 2, 122 in iis rebus, quibus eorum singuli curant.

3 sq. ad nat. 2, 2 (96, 15 RW) Thales Milesius Croeso sciscitanti, quid de deis arbitraretur, post aliquot deliberandi commeatus ʽnihil' respondit. Cic. de nat. d. 1, 22, 60 auctore utar Simonide, de quo cum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit; cum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit; cum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret cur ita faceret, „quia quanto diutius considero" inquit „tanto mihi spes videtur obscurior". Min. Fel. 13, 4.

5 sqq. de an. 6 (307, 5 RW) quid autem facient tot ac tantae animae rupicum et barbarorum, quibus alimenta sapientiae desunt, et tamen indocta prudentia pollent et sine Academiis et porticibus Atticis et carceribus Socratis, denique ieiunantes a philosophia nihilominus vivunt? Justin. apol. 2, 10, 8 *Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπείσθη . . . Χριστῷ δὲ . . . οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλόλογοι μόνον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες.*

6 Matth. 7,15 sqq.; Luc. 10, 16; 13, 26 sqq.; ad Cor., 1, 4, 20; Min. Fel. 38, 6 non eloquimur magna, sed vivimus; Cypr. de bono pat. 3 (398, 18 H) nos autem, . . . qui philosophi non verbis sed factis sumus nec vestitu sapientiam sed veritate proferimus, qui virtutum conscientiam magis quam iactantiam novimus, qui non loquimur magna sed vivimus.

6 sq. Platon. Tim. 28 C *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* Cic. Tim. 2, 6; Apul. de Plat. 1, 5; de deo Socr. 3; Justin. apol. 2, 10, 6; Athen. suppl. 6; Min. Fel. 19, 14; 26, 12.

10 Xenoph. mem. 1, 1 *ἀδικεῖ Σωκράτης τοὺς νέους διαφθείρων.* de an. 1 (300, 6 RW) nec adulescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans.

11 Cypr. ep. 2, 2 (468, 10 H) contra institutionem dei erudiens et docens quemadmodum masculus frangatur in feminam et sexus arte mutetur et diabolo divinum plasma maculanti per corrupti adque enervati corporis delicta placeatur.

11 sq. Athen. deipnos. 13, 588 E *ὀνειδιζόμενος (ὁ Ἀρίστιππος) ὑπὸ οἰκέτου, ὅτι „σὺ μὲν αὐτῇ (τῇ Λαίδι) τοσοῦτον ἀργύριον δίδως, ἡ δὲ προῖκα Διογένει τῷ κυνὶ συγκυλίεται", ἀπεκρίνατο . . . τοῦ δὲ Διογένους εἰπόντος αὐτῷ. „Ἀρίστιππε, κοινῇ συνοικεῖς πόρνῃ. ἢ κύνιζε οὖν, ὡς ἐγώ, ἢ πέπαυσο", Ἀρίστιππος* . . . Luc. ver. hist. 2, 18

Speusippum de Platonis schola in adulterio perisse. 11 Christianus uxori suae soli masculus nascitur. Democritus excaecando semetipsum, quod mulieres sine concupiscentia adspicere non posset et doleret, si non esset potitus, incontinentiam emendatione profitetur. 12 At christianus salvis oculis feminas non videt; animo adversus libidinem caecus est.

13 Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis toros alia superbia deculcat; christianus nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Prienenses tyrannidem adfectant; christianus vero nec aedilitatem. 14 Si de aequanimitate congrediar, Lycurgus

---

1 spesippum PBGL speudippum F 3 sq. et — esset *om.* F 4 potius EL 5 feminam DL *edd.* non *om.* DL *edd.* 7 diogenis PBL 8 decalcat F christianus contumeliosus F *Wal.* 9 de mestitia L domesticam E 10 preinnenses PEGL 11 civilitatem E civitatem D animi aequitate F *Wal. Col.*

Διογένης μέν γε ὁ Σινωπεὺς τοσοῦτον μετέβαλε τοῦ τρόπου, ὥστε γῆμαι μὲν Λαίδα τὴν ἑταίραν. Tertullianus Laidem et Phrynen inter se confundit, cf. c. 13, 9.

1 La. Diog. 4, 1, 9 *καὶ τέλος ὑπὸ ἀθυμίας ἑκὼν τὸν βίον μετήλλαξε γηραιὸς ὤν . . . Πλούταρχος δέ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτόν. ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα διακεχυμένος, ὥς φησι Τιμόθεος ἐν τῷ περὶ βίων. οὗτος, φησὶ, πρὸς τὸν ἐρῶντα πλούσιον ἀμόρφου, ἔφη· τί δέ σοι δεῖ τούτου; ἐγὼ γάρ σοι δέκα ταλάντων εὐμορφοτέραν εὑρήσω.* Athenai. 12, 546 D *φιλήνδονος ἦν καὶ Σπεύσιππος ὁ Πλάτωνος συγγενὴς καὶ διάδοχος τῆς σχολῆς. Διονύσιος γοῦν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος . . . αὐτῷ ὀνειδίζει καὶ τὸν Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἔρωτα, ἥτις καὶ Πλάτωνος ἠκηκόει.*

2 de monog. 8 (I 773 Oehl.) cum ad simplicitatem columbae provocat, avis non tantum innocuae, verum et pudicae, quam unam unus masculus novit. Min. Fel. 35, 6 nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur. Athenag. suppl. 33 *ἢ οἷός τις ἐτέχθη μένειν ἢ ἑνὶ γάμῳ· ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία.*

2 sq. La. Diog. 9, 7, 11 *τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. ἤδη ὑπεργήρων ὄντα πρὸς τὸ καταστρέφειν εἶναι. τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι καὶ τῇ θεῷ τὸ καθῆκον αὐτὴ οὐ ποιήσειν. τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ὁσημέραι. τούτους δὴ ταῖς ῥισὶ προσφέρων διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἑορτήν. ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι, τρεῖς δ' ἦσαν, ἀλυπότατον τὸν βίον προήκατο, ὥς φησιν Ἵππαρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς.* Cicero de fin. 5, 29, 87 Democritus, qui (vere falsone, quaerere nolumus) dicitur se oculis privasse. Gell. 10, 17, 1 Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est . . . luminibus oculorum sua sponte se privasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus vegetiores et exactiores fore, si eas videndi inlecebris et oculorum impedimentis librasset. Plut. *π. πολυπρ.* 12 p. 521 D.

4 emendatione: poena; de spect. 19 (20, 27 RW) etiam qui damnantur in ludum, quale est ut de leviore delicto in homicidas emendatione proficiant?

8 sq. de pall. 4 (I 940 Oehl.) quodsi iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non coenulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt. La. Diog. 6, 2, 4 *Διογένης πατῶν αὐτοῦ (Πλάτωνος) ποτε στρώματα κεκληκότος φίλους παρὰ Διονυσίου ἔφη· πατῶ τὴν Πλάτωνος κενοσπουδίαν. πρὸς ὃν ὁ Πλάτων· ὅσον, ὦ Διόγενες, τοῦ τύφου διαφαίνεις, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι. οἱ δέ φασι τὸν Διογένην εἰπεῖν· πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον. τὸν δὲ φάναι· ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διόγενες.* Hieron. adv. Jovin. 1, 15 Plato, cum dives esset et toros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaret.

9 sq. La. Diog. 8, 1, 21 *τινὲς δ' αὐτοὺς τοὺς Κροτωνιάτας τοῦτο πρᾶξαι (τὴν οἰκίαν Πυθαγόρου ὑποπρῆσαι), τυραννίδος ἐπίθεσιν εὐλαβουμένους.* Arnob. 1, 40 Pythagoras Samius suspicione dominationis iniusta vivus concrematus in fano est. — Zenonem philosophum tyrannidem adfectasse praeter Tertullianum nemo tradit.

apocarteresin optavit, quod leges eius Lacones emendassent; christianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide conparem, Anaxagoras depositum hospitibus denegavit; christianus et extra fidelis vocatur. 15 Si de simplicitate consistam, Aristoteles familiarem suum Hermian turpiter loco excedere fecit; christianus nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles tam indecore Alexandro, regendo potius, adulatur, quam Plato a Dionysio ventris gratia venditatur. 16 Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur, et Hippias, dum civitati insidias disponit, occiditur. Hoc pro suis omni atrocitate dissipatis nemo umquam temptavit christianus.

17 Sed dicet aliquis, etiam de nostris excidere quosdam a regula disciplinae. Desinunt tamen christiani haberi penes nos, philosophi vero illi cum talibus factis in nomine et honore sapientiae perseverant.

---

1 emendarint F *Col.* 3 hospitibus F *Rau. Wal. Col.* hostibus V 3 et] etiam D *edd.* 6 indecore F turpiter V regendo V regi F 7 Plato a *om.* F a *om. Rig. Wal. Col.* vestris P vendicatur EL 8 Hippias *edd.* icthyas F icthydias PB icthidias EL et hidias DG 11 excidere F excedere V 12 tamen] tum G *edd.* haberi] hebrei L 13 inhonore *edd.* 13 perseverant apud vos FE

---

1 cf. c. 4, 6; apocarteresis: mors per inediam voluntariam petita.

2 sq. de Anaxagora nemo alius tale tradit. Plin. ep. 10, 96, 10 seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed . . . ne fidem fallerent, ne depositum adpellati negarent. ad Scap. 4 (I 549 Oehl.) praeter haec depositum non negamus.

4 Euseb. praep. ev. 15, 2, 12 *δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστεύεσθαι δι᾽ ἃ ψέγουσί τινες αὐτόν (᾽Αριστοτέλην)· ἓν μέν, ὅτι τὴν ῾Ερμείου γήμειε φύσει μὲν ἀδελφήν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν . . . ἕτερον δέ, ὅτι ἠχαρίστειε Πλάτωνι. περὶ μὲν οὖν ῾Ερμείου καὶ τῆς ᾽Αριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας ἄλλοι τε πολλοὶ συγγεγράφασι καὶ δὴ καὶ ᾽Απελλικῶν, οὗ τοῖς βιβλίοις ὁ ἐντυχὼν πεπαύσεται βλασφημῶν αὐτούς.* La. Diog. 5, 1, 5 *ἔπειτα μέντοι ἀπῆρε πρὸς ῾Ερμείαν τὸν εὐνοῦχον, ᾽Αταρνέως ὄντα τύραννον· ὃν οἱ μέν φασι παιδικὰ γενέσθαι αὐτοῦ, οἱ δὲ καὶ κηδεῦσαι αὐτῷ δόντα τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν . . . ᾽Αρίστιππος δ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησιν ἐρασθῆναι τὸν ᾽Αριστοτέλην παλλακίδος τοῦ ῾Ερμείου. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος ἔγημέ τ᾽ αὐτὴν καὶ ἔθυεν ὑπερχαίρων τῷ γυναίῳ ὡς ᾽Αθηναῖοι τῇ ᾽Ελευσινίᾳ Δήμητρι.*

6 sqq. Tatian. adv. Graec. 2 *᾽Αρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο. Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο. καὶ ᾽Αριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας, λίαν ἀπαιδεύτως ᾽Αλέξανδρον τὸ μεμηνὸς μειράκιον ἐκολάκευεν.*

7 Luk. *π. παρασ.* 34 *ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ γεννειότατος καὶ αὐτὸς μὲν ἧκεν εἰς Σικελίαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράννῳ τοῦ παρασιτεῖν ὑπὸ ἀφυίας ἐξέπεσε* . . . La. Diog. 3, 13—16. Lact. div. inst. 3, 25, 4 enumerant enim Platonem ac Diogenem, qui tamen servi non fuerunt, sed his servitus evenerat, sunt enim capti; Platonem quidem redemisse Aniceris quidam traditur sestertiis octo; itaque insectatus est conviciis hunc ipsum redemptorem Seneca, quod parvo Platonem aestimaverit. Diod. Sic. 15, 7 *προαγαγὼν εἰς τὸ πρατήριον ὡς ἀνδράποδον ἀπέδοτο μνῶν εἴκοσι.* Cornel. Nep. Dion. 2, 2.

8 Hippias, filius Pisistrati tyranni.

11 Lact. div. inst. 4, 30, 8 exciderunt a doctrina dei et traditionem veram reliquerunt.

12 Justin. apol. 1, 16, 8 *οἳ δ᾽ ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες, ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες χριστιανοί, κἂν λέγωσι διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα.*

13 Min. Fel. 8, 2 numquam tamen in hac impietatis disciplina simulatae philosophiae nomine atque auctoritate pollebunt.

13 Adeo quid simile philosophus et christianus, Graeciae discipulus et caeli, famae negotiator et vitae, verborum et factorum operator, et rerum aedificator et destructor, amicus et inimicus erroris, veritatis interpolator et integrator et expressor, et furator eius et custos?

XLVII. Antiquior omnibus veritas, nisi fallor, et hoc mihi proficit antiquitas praestructa divinae litteraturae, quo facile credatur, thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientiae. Et si non onus iam voluminis temperarem, excucurrissem in hanc quoque probationem. 2 Quis poëtarum, quis sophistarum, qui non omnino de prophetarum

---

2 salutis vitae F 3 destructor FV distructor PL districtor B amicus — veritatis *om.* F *Wal.* 4 et interpolator erroris F et interpolator *Wal. Col.* integrator veritatis F *Wal. Col.* et expressor et *om.* F*Wal. Col.* 5 antiquior — fallor *om.* F *Wal. Col.* et hoc V adhuc enim F *Wal. Col.* 8 excucurrissem F *Hoppe I 69* excurrerem V haec F probationem *om.* F 9 omnino *om.* F *Wal.*

---

1 Paul. ad Cor. 1, 12, 8; de praescr. haer. 7, 8 quid Athenis et Hierosolymis? quid haereticis et christianis?

2 cf. § 7; c. 47, 3; frg. Fuld. 6; de an. 1 (299, 10 RW) philosophus, gloriae animal.

2 sq. Jacob. ep. 1, 22; 1, 23.

3 sq. de praescr. haer. 7, 8 scientiam humanam, adfectatricem et interpolatricem veritatis; de spect. 2 (3, 6 RW) multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum interest inter institutorem et interpolatorem. Lucif. Calarit. de s. Athans. 1, 19 (100, 27 H) inimicus dei, hostis ecclesiae, veritatis interpolator, pravitatis concinnator, iniustitiae amator; de non conven. c. haer. 12 (26, 13 H).

4 Theophil. ad Autol. 1, 14 *οἱ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι ἔκλεψαν ἐκ τῶν ἁγίων προφητῶν.* 2, 37 *κλέψαντες ταῦτα ἐκ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.* Clem. Alex. Strom. 1, 17 (87, 1) *ἔστιν οὖν κἀν φιλοσοφίᾳ, τῇ κλαπείσῃ καθάπερ ὑπὸ Προμηθέως, πῦρ ὀλίγον εἰς φῶς ἐπιτήδειον χρησίμως ζωπυρούμενον, ἴχνος τι σοφίας καὶ κίνησις περὶ θεοῦ. ταύτῃ δ᾽ ἂν εἶεν „κλεπταὶ καὶ λησταί“* (Joh. 10, 8) *οἱ παρ᾽ Ἕλλησι φιλόσοφοι, πρὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ᾽ ἐπίγνωσιν λαβόντες, ἀλλ᾽ ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα, καὶ τὰ μὲν παραχαράξαντες, τὰ δὲ ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σοφισάμενοι, τὰ δὲ καὶ ἐξευρόντες.* ep. Petr. 2, 1, 20 sq.

5 sqq. cf. c. 19; Justin. apol. 1, 44, 8 *πρεσβύτερος γὰρ Μωϋσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. καὶ πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς . . . καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται καὶ ἐξηγήσαντο.* 54; 60, 10; Tat. ad Graec. 40; Theophil. ad Autol. 1, 14; 2, 37; Min. Fel. 34, 5 animadvertis philosophos eadem disputare quae dicimus, non quod nos simus eorum vestigia subsecuti, sed quod illi de divinis praedicationibus prophetarum umbram interpolatae veritatis imitati sint.

9 sqq. de an. 2 (301, 5 RW) visa est (philosophia) quidem sibi et ex sacris, quas putant, litteris hausisse . . . postremo si etiam ad ipsos prophetas adisse credibile est indagatorem quemque sapientiae ex negotio curiositatis, tamen plus diversitatis invenias inter philosophos quam societatis, cum et in ipsa societate diversitas eorum deprehendantur. siquidem vera quaeque et consonantia prophetis aut aliunde commendant aut aliorsum subornant cum maxima iniuria veritatis, quam efficiunt aut adiuvari falsis aut patrocinari. Tatian. ad Graec. 40 *οὐκοῦν πέφηνε Μωσῆς ἀπό γε τῶν προειρημένων πρεσβύτερος ἡρώων πόλεων δαιμόνων. καὶ χρὴ τῷ πρεσβεύοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν πιστεύειν ἤπερ τοῖς ἀπὸ πηγῆς ἀρυσαμένοις Ἕλλησιν οὐ κατ᾽ ἐπίγνωσιν τὰ ἐκείνου δόγματα. πολλῇ γὰρ οἱ κατ᾽ αὐτοὺς σοφισταὶ κεχρημένοι περιεργίᾳ τὰ ὅσα παρὰ τῶν κατὰ Μωσέα καὶ τῶν ὁμοίως αὐτῷ φιλοσοφούντων ἔγνωσαν, παραχαράττειν ἐπειράθησαν, πρῶτον μὲν ἵνα τι λέγειν ἴδιον νομισθῶσιν, δεύτερον δὲ ὅπως τὰ ὅσα μὴ συνίεσαν διά τινος ἐπιπλάστου ῥητολογίας παρακαλύπτοντες, ὡς μυθολογίαν τὴν ἀλήθειαν παραβραβεύσωσιν,* cf. ad § 3.

fonte potaverit? Inde igitur et philosophi sitim ingenii sui rigaverunt, ut quae de nostris habent, ea nos conparent illis. Inde, opinor, et a quibusdam philosophia quoque eiecta est, a Thebaeis dico et a Spartiatis et Argivis. 3 Dum ad nostra conantur et homines gloriae, ut diximus, et eloquentiae solius libidinosi, si quid in sanctis obfenderunt digestis, pro instituto curiositatis ad propria opera verterunt, neque satis credentes divina esse, quo minus interpolarent, neque satis intellegentes, ut adhuc tunc subnubila, etiam ipsis Iudaeis obumbrata, quorum propria videbantur. 4 Nam et si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata nutabat, per quod in incertum miscuerunt etiam quod invenerant certum.

5 Inventum enim solummodo deum non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate et de natura eius et de sede disceptent. 6 Alii incorporalem adseverant, alii corporalem, qua Platonici et Stoici; alii

1 et *om.* V 2 ut quae V num quia quaedam F eapropter nos F 3 quoque eiecta philosophia D *edd.* legibus quoque F *Col.* quoque legibus *Wal.* ab Spartanis F 4 Argaeis F *Wal.* et homines V sed homines F homines et *Wal. Col. sed cf. Löfst. III 44* 5 sanctis F sanctis scripturis PDG scripturis sanctis BEL 6 pro instituto *Rig.* ex (et) proinstituto FPBG ex improstituto DL ex proprio instituto *Oehl.* opera *om. Rau. Wal. Col. sed cf. ad nat. 2, 2 (96, 2 RW).* 8 sub nubilo E *Rhen.* 9 si *om.* EL 10 nutabat FE *cf. ad nat. 2, 2 (96, RW)* mutabat V *edd.* 11 in F *ad nat. 2, 2 (96, 2 RW) om.* V 12 deum nostrum non F 14 alii corporalem *om.* F qua F ut tam V *cf. ad nat. 1, 10 (76, 12 RW); de carne Chr. 6 (II 437 Oehl.)* et F quam V

1 de paenit. 6 (I 652 Oehl.) qui cum maxime incipiunt divinis sermonibus aures rigare. Auct. ad Herenn. 4, 6 omnium rigare debeant ingenia.

3 de his rebus nihil constat.

4 conantur: cf. c. 40, 7; de carn. res. 52 (108, 20 K) martyrum, qui ad superiora conantur (scl. pervenire); de an. 19 (330, 29 RW) video et ederas, quantum velis premas, statim ad superna conari.

4 sq. ut diximus: c. 46, 7.

5 sqq. ad nat. 2, 2 (96, 20 RW) licet enim per curiositatem omnimodae litteraturae inspiciendae divinis quoque scripturis, ut antiquioribus, possint videri incursasse et inde nonnulla dempsisse, cum tamen interpolarunt, probant sese aut omnia despexisse aut non omnibus credidisse (nam et alias veritatis simplicitas per scrupulositatem passivae fidei nutat) et ita accedente libidine gloriae ad proprii ingenii opera mutasse, per quod in incertum abiit etiam quod invenerant et facta est argumentationum inundatio de stillicidio uno atque alio veritatis. Tatian. ad Graec. 40 (cf. ad § 2); Clem. Alex. Strom.1, 17 (cf. ad § 1).

6 digestis: scripturis; adv. Marc. 4, 3 (428, 11 K) inde sunt nostra digesta; 4, 5 (431, 8 K) Lucae digestum Paulo adscribere solent.

12 sqq. ad nat. 2, 2 (96, 4 RW) invento enim solummodo deo non ut invenerunt exposuerunt, ut de qualitate eius et natura, etiam de sede disceptent: Platonici quidem curantem rerum et arbitrum et iudicem, Epicurei otiosum et inexercitum et, ut ita dixerim, neminem, positum vero extra mundum Stoici, intra mundum Platonici.

13 Cic. de nat. d. 1, 1, 2 de locis atque sedibus (deorum) certatur. Lucr. 5, 153 quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse Dissimiles debent, tenues de corpore eorum.

14 Platon. Tim. 51 A; Cic. de nat. d. 1, 12, 30 quod vero sine corpore ullo deum vult esse (Plato), ut Graeci dicunt ἀσώματον. La. Diog. 3, 41, 77 δοκεῖ δ' αὐτῷ

ex atomis, alii ex numeris, qua Epicurus et Pythagoras; alius ex igni, qua Heraclito visum est; et Platonici quidem curantem rerum factorem et actorem, contra Epicurei otiosum et inexercitum et, ut ita dixerim, neminem rebus humanis, 7 positum vero extra mundum Stoici, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc; intra mundum

1 qua] sicut DL *edd.* alius FPE alii BDGL *edd.* ex *om.* F igne DEL *edd.* 2 qualiter DL *edd.* Heracleto F est *om.* F et Platoni et F rerum factorem et actorem rerum F factorem et actorem rerum *om.* V *edd. omnes, sed cf. ad nat. 2, 2 (96, RW)* 3 inexercitatum FL *sed cf. ad nat. 2, 2 (96, 8 RW)* 4 in rebus humanis F humanis rebus V

(Πλάτωνι) τὸν θεὸν ὡς καὶ τὴν ψυχὴν ἀσώματον εἶναι. Apul. de Plat. 1, 5 haec de deo sentit, quod sit incorporeus.

Serv. in Verg. Aen. 6, 727 aut certe secundum eos locutus est, qui dicunt deum corporalem esse et eum ita definiunt: *πῦρ νοερόν.* Euseb. praep. ev. 3, 9, 9 *κατὰ τοὺς Στωικοὺς τὴν πυρώδη καὶ θερμὴν οὐσίαν τὸ ἡγεμονικὸν φάσκοντας εἶναι τοῦ κόσμου, καὶ τὸν θεὸν εἶναι σῶμα καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτόν.* Clem. Alex. Strom. 1, 11 (51, 1) *οἱ Στωικοὶ . . . σῶμα ὄντα τὸν θεὸν διὰ τῆς ἀτιμοτάτης ὕλης πεφοιτηκέναι λέγουσιν.* 5, 14 (89, 2) *φασὶ γὰρ σῶμα εἶναι τὸν θεὸν οἱ Στωικοί.*

1 Aug. ep. 118, 28 Epicurus vero neque aliquid in principiis rerum ponit praeter atomos, id est corpuscula tam minuta, . . . quorum corpusculorum concursu fortuito et mundos innumerabiles et animantia et animas fieri dicit et deos, quos humana forma non in aliquo mundo sed extra mundos atque inter mundos constitit.

Aetios 1, 3, 8 *Πυθαγόρας . . . προσαγορεύσας ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἐν τούτοις, ἃς καὶ ἁρμονίας καλεῖ, τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετα στοιχεῖα, καλούμενα δὲ γεωμετρικά . . . σπεύδει δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον καὶ εἰδικόν, ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ θεός.* Aristot. metaphys. A 5, 987 a *διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων.*

2 Aetios 1, 7, 22 *Ἡράκλειτος τὸ περιοδικὸν πῦρ ἀΐδιον (εἶναι θεόν φησιν).*

2 Platon. Tim. 28 C *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός.* Min. Fel. 19, 14 Platoni itaque in Timaeo deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque fabricator. Lact. div. inst. 7, 3, 12 a Platone sumpserunt, a deo factum esse mundum et eiusdem providentia gubernari.

3 sq. Lucr. 2, 645 omnis enim per se divum natura necessest Immortali aevo summa cum pace fruatur Semota a nostris rebus seiunctaque longe. Cic. de nat. d. 1, 37, 102 deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut, si se commoverit, vereamur, ne beatus esse non possit. 1, 44, 123 nihil curantem nihil agentem. Min. Fel. 19, 8 Epicurus ille, qui deos aut otiosos fingit aut nullos. Senec. de benef. 4, 4, 1 itaque non dat deus beneficia sed securus et neglegens nostri, aversus a mundo aliud agit aut, quae maxima Epicuro felicitas videtur, nihil agit, nec magis illum beneficia quam iniuriae tangunt.

4 sq. Aetios 1, 7, 33 *οἱ Στωικοὶ νοερὸν θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικόν, ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γένεσιν κόσμου . . . καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι᾿ ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον κατὰ τὰς τῆς ὕλης, δι᾿ ἧς κεχώρηκε, παραλλάξεις. θεοὺς δὲ καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν, τὸν δ᾿ ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι.* Lact. div. inst. 7, 3, 1 Stoici naturam in duas partes dividunt: unam quae efficiat, alteram quae se ad faciendum tractabilem praebeat. in illa prima esse vim sentiendi, in hac materiam. quomodo potest idem esse quod tractat et quod tractatur? si quis dicat idem esse figulum, quod lutum, aut lutum idem esse quod figulum, nonne aperte insanire videatur? at isti uno naturae nomine duas res diversissimas conprehendunt, deum et mundum, artificem et opus, dicuntque alterum sine altero nihil posse, tanquam natura sit deus mundo permixtus. nam interdum sic confundunt, ut sit deus ipse mens mundi et mundus sit corpus dei. Salvian. de gub. dei 1, 3 Plato et omnes Platonicorum scholae moderatorem rerum omnium confitentur deum. Stoici eum gubernatoris vice intra id quod regat semper manere testantur. Verg. Aen. 6, 724 mens agitat molem et magno se corpore miscet.

Platonici, qui gubernatoris exemplo intra id maneat, quod regat. 8 Sic et de ipso mundo, natus innatusve sit, decessurus mansurusve sit, variant; sic et de animae statu, quam alii divinam et aeternam, alii dissolubilem contendunt; ut quis sensit, ita et intulit aut reformavit.

9 Nec mirum, si vetus instrumentum ingenia philosophorum interverterunt. Ex horum semine etiam nostram hanc novitiolam paraturam viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulteraverunt et de una via obliquos multos et inexplicabiles tramites exsciderunt. Quod ideo suggesserim, ne cui nota varietas sectae huius in hoc quoque nos philosophis adaequare videatur et ex varietate defectionem vindicet veritatis. 10 Expedite autem praescribimus adulteris nostris, illam esse regulam veritatis, quae veniat a Christo transmissa per comites ipsius, quibus aliquanto posteriores diversi isti commentatores deprehenduntur.

1 id] illud D *edd.* quos PBGL 4 ita aut intulit quid aut F *Wal.* 7 etiam] et DG *edd.* 8 viri quidam V variis quibusdam F 9 exciderunt F sciderunt V 10 suggerimus F *Wal.* 11 aequare F *Wal.* et] ut *Gel. Rau.* defectionem F defensionum V vindicet FDEL iudicet PB videlicet G 12 veritatis F veritatem V 15 deprehenduntur F probantur V

1 Platon. Polit. 272 E *τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης, οἷον πηδαλίων οἴακος ἀφέμενος, εἰς τὴν αὑτοῦ περιωπὴν ἀπέστη.* 273 D *καὶ τότε ἤδη θεὸς ὁ κοσμήσας αὐτὸν . . . πάλιν ἔφεδρος αὐτοῦ τῶν πηδαλίων γιγνόμενος.*

2 Arnob. 2, 56 (92, 15 R) mundum quidam ex sapientibus aestimant neque esse natum neque ullo esse in tempore periturum; immortalem nonnulli, quamvis eum conscribant esse natum et genitum; tertiis vero conlibitum dicere est, et esse natum et genitum et ordinaria necessitate periturum. — Min. Fel. 34, 4 cum ipsum mundum perpetuum et insolubilem diceret (Platon. Tim. 32 C. 41 B) esse fabricatum. Lucr. 5, 95 una dies dabit exitio multosque per annos Sustentata ruet moles et machina mundi. 240 quippe etenim quorum partis et membra videmus Corpore nativo mortalibus esse figuris, Haec eadem ferme mortalia cernimus esse Et nativa simul. quapropter maxima mundi Cum videam membra ac partis consumpta regigni. Scire licet caeli quoque item terraeque fuisse Principiale aliquod tempus clademque futuram.

3 sq. de an. 3 (303, 3 RW) alii immortalem negant animam, alii plus quam immortalem adfirmant, alii de substantia, alii de forma, alii de unaquaque dispositione disceptant, his statum eius aliunde ducunt, hi exitum aliorsum abducunt, prout aut Platonis honor aut Zenonis vigor aut Aristotelis tenor aut Epicuri stupor aut Heracliti maeror aut Empedoclis furor persuaserunt. Arnob. 2, 57 (93, 7 R) non alia neque absimili ratione de animarum ab his condicione disseritur. hic enim eas retur et esse perpetuas et superesse mortalium corporum functioni, superesse ille non credit, sed cum ipsis corporibus interire.

6 vetus instrumentum: vetus testamentum; paratura novitiola: novum testamentum.

8 de praescr. haer. 7 ipsae denique haereses a philosophia subornantur. cf. ad Coloss. 2, 8. adv. Hermog. 8 (135, 15 K) haereticorum patriarchae, philosophi; de an. 3 (302, 29 RW).

13 adv. Prax. 2 (229, 14 K) hanc regulam ab initio evangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxean hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum quam ipsa novellitas Praxeae hesterni. quo peraeque adversus universas haereses iam hinc praeiudicatum sit id esse verum, quodcumque primum, id esse adulterum, quodcumque posterius.

11 Omnia adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt, operantibus aemulationem istam spiritibus erroris. Ab his adulteria huiusmodi salutaris disciplinae subornata, ab his quaedam etiam fabulae inmissae, quae de similitudine fidem infirmarent veritatis vel eadem sibi potius fidem raperent, ut quis ideo non putet christianis credendum, quia nec poëtis nec philosophis, vel ideo magis poëtis et philosophis existimet credendum, quia non christianis.

12 Itaque ridemur praedicantes deum iudicaturum. Sic enim et poëtae et philosophi tribunal apud inferos ponunt. Et gehennam si conminemur, quae est ignis arcani subterraneo ad poenam thesaurus, proinde decachinnamur. Sic enim et Pyriphlegeton ad mortuos amnis est. 13 Et si paradisum nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius

---

3 suborta *edd.* 5 eadem *scl.* similitudine F eandem *Thörnell 118* eam V etiam DG fidem raperent F evincerent V 7 et philosophis DG *edd.* 8 praeiudicantes F deum praedicantes *edd.* 9 gehennae F 10 subterraneo *scripsi, cf. de an. 28 (347, 10 RW)* subterraneam DG subterranea PBGL subterraneus *edd.* 11 ad F *Löfst. III 88* apud V 13 materia DE

---

1 sq. cf. c. 21, 14; adv. Prax. 1 (227, 3 K) varie diabolus aemulatus est veritatem. adfectavit illam aliquando defendendo concutere.

3 sqq. Justin. apol. 1, 54 1 *οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις, καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ᾽ ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. Ἀκούσαντες γὰρ διὰ τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον παραγενησόμενον τὸν Χριστὸν καὶ κολασθησομένους διὰ πυρὸς τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων, προεβάλλοντο πολλοὺς λεχθῆναι γενομένους υἱοὺς τῷ Διί, νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἡγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστὸν καὶ ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεχθεῖσι.* Dial. c. Tryph. 69—71.

5 ad nat. 1, 1 (59, 22 RW) non utique eo bonum praeiudicari, quia plerosque convertat et sibi rapiat, inquitis.

8 sqq. ad nat. 1, 19 (91, 7 RW) quae si vobiscum communicamus, superest deridenda persuasionum conferamus . . . item iudicium annuntiamus a deo pro cuiusque meritis post interitum destinatum. id vos Minoi et Radamantho adscribitis, iustiore interim Aristide recusato. eo iudicio iniquos aeterno igni, pios et insontes amoeno in loco dicimus perpetuitatem transacturos. apud vos quoque Pyriphlegethontis et Elysii non alias condicio disponitur.

10 ignis: cf. Matth. 5, 22.

de an. 55 (387, 22 RW) nobis inferi . . . creduntur . . . in ipsis visceribus eius (terrae) abstrusa profunditas . . . (388, 6) habes et regionem inferum subterraneam credere.

11 cf. Verg. Aen. 6, 548—552.

13 de an. 55 (388, 12 RW) quomodo ergo anima exhalabit in caelum Christo illic adhuc sedente . . . obviam ei ereptis in aerem, qui mortui in Christo primi resurgent? . . . sed in aethere dormitio nostra cum puerariis Platonis aut in aere cum Ario aut circa lunam cum Endymionibus Stoicorum. immo, inquis, in paradiso, quo iam tunc et patriarchae prophetae appendices dominicae resurrectionis ab inferis migraverint. adv. Marc. 4, 34 (537, 21 K) quodsi aeternus locus repromittitur et ascensus in caelum aedificatur a creatore. 5, 12 (615, 22 K) ait habere nos domum aeternam non manu factam in caelo. Cic. de nat. d. 2, 40, 101 restat ultimus et a domiciliis nostris altissimus omnia cingens et coercens coeli complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora et determinatio mundi. Lucr. 5, 498 ignifer aether.

zonae a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt. Unde haec, oro vos, philosophis aut poëtis tam consimilia? nonnisi de nostris sacramentis. 14 Si de nostris sacramentis, ut de prioribus, ergo fideliora sunt nostra magisque credenda, quorum imagines quoque fidem inveniunt. Si de suis sensibus, iam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerum forma non sustinet; numquam enim corpus umbra aut veritatem imago praecedit.

XLVIII. Age iam, si qui philosophus adfirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagorae, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquii sui virtute distorserit, nonne consensum movebit et fidem infiget, ut etiam ab animalibus abstinendum propterea persuasum quis habeat, ne forte bubulam

---

3 si — sacramentis *om.* DEG *Rhen. Gel.* 4 proprioribus F 5 invenerunt F 9 quis DE *Rhen. Gel. Herald.* quid BL 10 colubrum DGL *edd.* 11 sui F *om.* V distorserint BEL 12 ut F *om.* V 13 sit abstinendum F abstinendi V

---

4 adv. Prax. 2 (229, 19 K) id esse verum, quodcumque primum, id esse adulterum, quodcumque posterius. adv. Marc. 4, 5 (432, 10 K) quia veritas falsum praecedat necesse est.

7 sq. de praescr. haer. 29 in omnibus veritas imaginem antecedit, post rem similitudo succedit.

9 sqq. ad nat. 1, 19 (91, 15 RW) quanto acceptabilior nostra praesumptio est, quae in eadem corpora redituras (animas) defendit? vobis autem quanto vanius traditum est hominis spiritum in cane vel mulo aut pavone rediturum? Min. Fel. 34, 7 addunt istis et illa ad retorquendam veritatem, in pecudes aves beluas hominum animas redire. non philosophi sane studio, sed mimi convicio digna ista sententia est. Lact. div. inst. 7, 12, 30 cetera Epicurei dogmatis argumenta Pythagorae repugnant disserenti migrare animas de corporibus vetustate ac morte confectis et insinuare se novis ac recens natis et easdem semper renasci modo in homine modo in pecude modo in bestia modo in volucre et hac ratione inmortales esse, quod saepe variorum ac dissimilium corporum domicilia commutent. quae sententia deliri hominis quoniam ridicula et mimo dignior quam scola fuit, ne refelli quidem serio debuit. Theophil. ad Autol. 3, 7 *Πλάτων δὲ τοσαῦτα εἰπὼν περὶ μοναρχίας θεοῦ καὶ ψυχῆς ἀνθρώπου φάσκων ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν οὐκ αὐτὸς ὕστερον εὑρίσκεται ἐναντία ἑαυτῷ λέγειν, τὰς μὲν ψυχὰς μετέρχεσθαι εἰς ἑτέρους ἀνθρώπους, ἐνίων δὲ καὶ εἰς ἄλογα ζῶα χωρεῖν; . . . τούτῳ ἀκόλουθα καὶ Πυθαγόρας εὑρίσκεται φλυαρῶν* (Platon. Phaed. 81 E—82 A; Tim. 42 BC; de rep. 620). Min. Fel. 34, 6.

Laberius poeta comicus primo ante Chr. n. saeculo floruit. Verba ,,sic hominem fieri — muliere“ senarium esse notavit Buecheler, Scaen. Rom. poesis fragm. II, Lipsiae 1873, 336.

11 de carne Chr. 17 (II 453 Oehl.) cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet.

12 sq. Lact. div. inst. 3, 19, 18 ego plane contenderim numquam quicquam in rebus humanis dictum esse delirius (quam Platonis animarum migrationem): quasi vero si aut barbarus aut mulier aut asinus denique natus esset, idem ipse Plato esset ac non illud ipsum quod natus fuisset. sed videlicet Pythagorae credidit, qui ut vetaret homines animalibus vesci, dixit animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare. epit. 31, 10 o felicem, cui soli tanta memoria concessa est, vel potius infelicem, cui translato in pecudem non licuit nescire quod fuerit! atque utinam solus delirasset! invenit etiam qui crederent.

de aliquo proavo suo obsonet. At enim christianus si de homine hominem ipsumque de Gaio Gaium reducem repromittat, statim illic: „quis es?“ [quaeritur] et lapidibus magis, nec saltim scopis a populo exigetur.

2 Si quaecumque ratio praeest animarum humanarum reciprocandarum in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui, id esse, quod fuerat? Iam non ipsae sunt, quae fuerant, quia non potuerunt esse, quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant. 3 Multis etiam locis ex otio opus erit, si velimus ad hanc

---

2 statim — et F *Rau. Wal. Col. Souter om.* V *excidit una linea (21 litt.)* quis es *scripsi cf. c. 23, 12; 28, 1; an* „vesanis?“ *legendum?* vesica F vel sica *Wohleb Berl. phil. Wo. 36 (1916) 544* quaeritur *inclusi cf. c. 40, 2* scopis *Weyman, Hermes 51 (1916) 309* copiis F coetibus PBEL *glossema ad* exigetur; caedibus DG *edd.* clamoribus *Wal.* 5 si — 9 fuerant] quasi non, quaecumque ratio praeest animarum humanarum in corpora reciprocandarum, ipsa exigat illas in eadem corpora revocari, quia hoc sit revocari, id est *(secl. Wal.)* esse, quod fuerant. nam si non id sunt, quod fuerant, id est humanum et id ipsum corpus indutae, iam non ipsae erunt quod fuerant. porro quae iam non erunt ipsae, quomodo redisse dicentur? aut aliud factae non erunt ipsae aut manentes ipsae non erunt aliunde (aliud *Thörnell*) F *Wal. Col. cf. praef. 10* 9 locis ex otio FV locis exitio E locis exoptio D *Rhen.* locis et otio *Rig.*

---

3 quis es: scl. qui repromittas hominem reducem. Priores lectionem Fuldensis retinentes vel mutantes in „queruntur“ vesicam interpretabantur aut membranam, quae super caput dirumpitur (Senec. quaest. nat. 2, 27), aut figurate positam pro tumore (Martial. 4, 49, 7) aut de eis sententiam dictam putant, qui mingendi causa egrediuntur aut ridendo vesicam i. e. ventrem manu premunt, omnes tamen parum simpliciter artificioseque.

Petron. 90, 1 qui in porticibus spatiabuntur, lapides in Eumolpum recitantem miserunt; 90, 3 non miror si te populus lapidibus persequitur. Lucian. pseudomant. 25 *οὓς ἐκέλευε λίθοις ἐλαύνειν.* Cypr. ep. 40 gloriosum martyrum numerum lapidibus et flammis necatum . . . ipse semiustilatus et lapidibus obrutus. Euseb. h. e. 5, 1, 7 de martyribus Lugdunensibus: *καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἀπὸ τοῦ ὄχλου πανδημεὶ σωρηδὸν ἐπιφερόμενα γενναίως ὑπέμενον, ἐπιβοήσεις καὶ πληγὰς καὶ συρμοὺς καὶ διαρπαγὰς καὶ λίθων βολὰς καὶ συγκλείσεις καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἠγριωμένῳ πλήθει ὡς πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους φιλεῖ γίνεσθαι.*

5 de carne Chr. 17 (II 453 Oehl.) ante omnia autem commendanda erit ratio, quae praefuit, ut dei filius de virgine nasceretur. de carn. res. 14 (42, 26 K) causa restitutionis praeesse debebit.

ad nat. 1, 19 (92, 1 RW) philosophi de animarum reciprocatione et iudicii distributione confirmant. de an. 28 (346, 22 RW) quis ille nunc vetus sermo apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu, quod hinc abeuntes eant illuc et rursus huc veniant et vivant et dehinc e vita abeant, rursus ex mortuis effici vivos? Aug. de civ. d. 12, 21 sine cessatione alternantibus itionibus et reditionibus animarum.

6 de carn. res. 18 (49, 6 K) quia incredibile habeatur restitui substantiam interitu subductam. 34 (73, 24) ex utraque utique substantia restituendi hominis exemplum est. 36 (78, 22) si non eius vel maxime substantiae restitutio in dubium vocaretur.

7 sq. adv. Prax. 27 (281, 1 K) omne enim, quodcumque transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, et incipit esse quod non erat. de an. 32 (354, 20 RW) enimvero si demutationem capit amittens quod fuit, non erit quae fuit, et si quae fuit non erit, soluta est metensomatosis, non adscribenda scilicet ei animae quae si demutabitur non erit quae fuit.

partem lascivire, quis in quam bestiam reformari videretur. Sed de nostra magis defensione, qui proponimus, multo utique dignius credi, hominem ex homine rediturum, quemlibet pro quolibet, dum hominem; ut eadem qualitas animae in eandem restauretur condicionem, etsi non effigiem. 4 Certe quia ratio restitutionis destinatio iudicii est, necessario idem ipse, qui fuerat, exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti iudicium a deo referat. Ideoque repraesentabuntur et corpora, quia neque pati quicquam potest anima sola sine materia stabili, id est carne, et, quod omnino de iudicio dei pati debent animae, non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt.

5 'Sed quomodo', inquis, 'dissoluta materia exhiberi potest?' Considera temetipsum, o homo, et fidem rei invenies. Recogita, quid fueris antequam esses. Utique nihil; meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus cum

1 vidit D *edd.* 3 quemlibet V qui et F 4 eadem (eandem *Wal.*) restauretur F *Wal.* restaurarctur PEG condicionem *om.* F *Wal.* 12 effigiem certe condicionem sed quia F *Wal.* 9 quod *om.* F quia quod *Col.* 12 o *om.* F et] es F

4 sqq. de test. an. 4 (138, 13 RW) cruciatui destinari aut refrigerio, utroque sempiterno; quibus sustinendis necessario tibi substantiam pristinam eiusdemque hominis materiam et memoriam reversuram, quod et nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis facultate et nulla ratio sit iudicii sine ipsius exhibitione qui meruit iudicii passionem.

5 de carn. res. 14 (43, 13 K) igitur si deo et domino et auctori congruentissimum est iudicium in hominem destinare . . . haec erit tota causa, immo necessitas resurrectionis, congruentissima scilicet deo, destinatori iudicii. 17 (48, 25) haec erit ratio in ultimum finem destinati iudicii, ut exhibitione carnis omnis divina censura perfici possit. Tatian. ad Graec. 6 *καὶ διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν . . . χάριν κρίσεως.*

14 sqq. de carn. res. 11 (40, 12 K) non minus defenderem ex nihilo eum protulisse, si ea protulerat, quae omnino non fuerant. quo enim interest ex nihilo quid proferri an ex aliquo, dum quod non fuit fiat, quando etiam non fuisse nihil sit fuisse? . . . quanto plus est fecisse quam refecisse, initium dedisse quam reddidisse, ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione. Justin. apol. 1, 19, 3 *τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν ἀπιστία ἔχει. ἀλλ' ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶτε γινομένους, τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι διαλυθέντα καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαχυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα κατὰ καιρὸν προστάξει θεοῦ ἀναστῆναι καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι οὐκ ἀδύνατον. ποίαν γὰρ ἀξίαν θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἰς ἐκεῖνο χωρεῖν ἕκαστον ἐξ οὗπερ ἐγένετο, καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν θεόν, οὐκ ἔχομεν λέγειν. ἀλλ' ἐκεῖνο συνορῶμεν, ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατὸν εἶναι τοιούτους ποτὲ γενέσθαι, ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ ἐξ ὁποίων γεγενημένα ὁρῶσιν.* Athenag. de res. 3. Tatian. ad Graec. 6 *ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν πρὶν ἢ γενέσθαι τίς ἤμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον, γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι διὰ τῆς γενέσεως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος καὶ διὰ θανάτου μηκέτ' ὢν αὖθίς τε μηκέθ' ὁρώμενος ἔσομαι πάλιν ὥσπερ μὴ πάλαι γεγονὼς εἶτα γεννηθείς.* Theophil. ad Autol. 1, 8 *τῷ δὲ ποιήσαντί σε θεῷ ἀπιστεῖς δύνασθαί σε καὶ μεταξὺ ποιῆσαι;* Min. Fel. 34, 9 ceterum quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a deo, ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? nihil esse post obitum et ante ortum nihil fuisse? sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari? porro difficilius est, id quod non sit incipere, quam id quod fuerit iterare. Lact. div. inst. 7, 23, 5 sed si a principio deus hominem nescio quo inenarrabili modo instituit, credamus ab eodem restitui veterem posse qui novum fecit.

esse desieris, cur non possis rursus esse de nihilo eiusdem ipsius auctoris voluntate, qui te voluit esse de nihilo? 6 Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; et iterum cum non eris, fies. Redde, si potes, rationem, qua factus es, et tunc require, qua fies. Et tamen facilius utique fies quod fuisti aliquando, quia aeque non difficile factus es, quod numquam fuisti aliquando.

7 Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo, quod non fuerat, non minus quam de morte vacationis et inanitatis inposuit animatum spiritu omnium animarum animatore signatum et ipsum humanae resurrectionis exemplum in testimonium vobis. 8 Lux cottidie interfecta resplendet et tenebrae pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta vivescunt, tempora ubi finiuntur, incipiunt, fructus consummantur et redeunt, certe semina non nisi conrupta et dissoluta fecundius surgunt, omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur. 9 Tu homo, tantum nomen, si intellegas te vel de titulo Pythiae discens, dominus omnium morientium et resurgentium, ad hoc morieris, ut pereas? Ubicumque resolutus fueris,

1 esse rursus DG *edd.* 2 quid V nihil ergo F 3 et iterum cum F *Wal.* cum iterum V 4 requires DL *Rhen.* 9 spiritum PDG animarum *om.* F *Wal. Col.* 10 et per ipsum F *Wal.* 11 nobis D *edd.* 16 discens PBD dicens EGL disces deum F 17 resurges (resurgas F) ubicumque F *Junius Wal. Col.*

---

10 de carn. res. 13 (42, 10 K) quid expressius atque signatius in hanc causam? Theophil. ad Autol. 1, 13 *τί δὲ καὶ οὐχὶ ἡ τῶν σπερμάτων καὶ καρπῶν γινομένη ἐξανάστασις καὶ τοῦτο εἰς τὴν χρῆσιν τῶν ἀνθρώπων; . . . εἰ δὲ καὶ θαυμασιώτερον θέαμα θέλεις θεάσασθαι γινόμενον πρὸς ἀπόδειξιν ἀναστάσεως . . .*

11 sqq. de carn. res. 12 sq.; Theophil. ad Autol. 1, 13 *ὁ μὲν οὖν θεός σοι πολλὰ τεκμήρια ἐπιδείκνυσιν εἰς τὸ πιστεύειν αὐτῷ. εἰ γὰρ βούλει, κατανόησον τὴν τῶν καιρῶν καὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν τελευτήν, πῶς καὶ αὐτὰ τελευτᾷ καὶ ἀνίσταται. τί δὲ καὶ οὐχὶ ἡ τῶν σπερμάτων καὶ καρπῶν γινομένη ἐξανάστασις . . .; εἰ γὰρ τύχοι εἰπεῖν, κόκκος σίτου ἢ τῶν λοιπῶν σπερμάτων, ἐπὰν βληθῇ εἰς τὴν γῆν, πρῶτον ἀποθνήσκει καὶ λύεται, εἶτα ἐγείρεται καὶ γίνεται στάχυς. ἡ δὲ τῶν δένδρων καὶ ἀρκοδρύων φύσις, πῶς οὐχὶ κατὰ πρόσταγμα θεοῦ ἐξ ἀφανοῦς καὶ ἀοράτου κατὰ καιροὺς προφέρουσιν τοὺς καρπούς; . . . κατανόησον τὴν ἀνάστασιν τῆς σελήνης τὴν κατὰ μῆνα γενομένην, πῶς φθίνει ἀποθνήσκει ἀνίσταται πάλιν.* Min. Fel. 34, 11 vide adeo, quam in solacium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et revivescunt, post senium arbusta frondescunt, semina nonnisi corrupta revirescunt; ita corpus in saeculo, ut arbores in hiberno: occultant virorem ariditate mentita. cf. Senec. ep. 36, 10 sq.; 102, 23; Paul. ad Cor. 1, 15, 35 sq. 42. Clem. 1, 24; Joh. 12, 24.

15 sqq. de carn. res. 12 (41, 27 K) et utique si omnia homini resurgunt, cui procurata sunt, porro non homini nisi et carni, quale est, ut ipsa depereat in totum, propter quam et cui nihil deperit?

16 de titulo Pythiae: *γνῶθι σεαυτόν.*

17 sqq. de carn. res. 11 (40, 17 K) sive enim ex nihilo deus molitus est cuncta, poterit et carnem in nihilum prodactam exprimere de nihilo: sive de materia modulatus est alia, poterit et carnem quocumque dehaustam evocare de alio. et utique idoneus est reficere qui fecit. adv. Marc. 5, 19 (601, 14 K) ceterum corpora aut ignibus statim aut feris aut, etiam diligentissime condita, temporibus tamen aboleri manifestum est. Commodian. carm. apol. 704 ut possis abolitus resurgere saeclo novato. Tatian. ad Graec. 6 *κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον,*

quaecumque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet. Eius est nihilum ipsum, cuius et totum.

10 'Ergo', inquitis, 'semper moriendum erit et semper resurgendum?' Si ita rerum dominus destinasset, ingratis experireris conditionis tuae legem. At nunc non aliter destinavit quam praedicavit. 11 Quae ratio universitatem ex diversitate conposuit, ut omnia aemulis substantiis sub unitate constarent ex vacuo et solido, ex animali et inanimali, ex conprehensibili et inconprehensibili, ex luce et tenebris, ex ipsa vita et morte, eadem aevum quoque ita distincta conditione conseruit, ut prima haec pars, ab exordio rerum quam incolimus, temporali aetate ad finem defluat, sequens vero, quam exspectamus, in infinitam aeternitatem propagetur.

12 Cum ergo finis et limes, medius qui interhiat, adfuerit, ut etiam ipsius mundi species transferatur aeque temporalis, quae illi dispositioni aeternitatis aulaei vice obpansa est, tunc restituetur omne humanum genus ad expungendum, quod in isto aevo boni seu mali

1 adoleverit P absorpserit F *Wal.* 2 redegerit F reddet F *Wal. Col.* reddet te V 4 ingratus EL 6 ex aemulis F *Col.* constarent FBDEL cum constarent PG 9 ita] ista DG distincta F destinata distincta V destinata et distincta *Oehl. cf. praef. 15* conservatur F 10 haec] autem F 11 exspectavimus P[1] 14 mundi ipsius DG *edd.* 15 aulae P[2]EG 15 sq. omnium hominum genus F

ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκε· κἂν ἐν ποταμοῖς κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ ταμείοις, ἐναπόκειμαι πλουσίου δεσπότου. καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδεν τὰ ἀποκείμενα, θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνον ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον. Athenag. de resurr. 2 *ἀλλ' οὔτε ἀγνοεῖν τὸν θεὸν δυνατὸν τῶν ἀναστησομένων σωμάτων τὴν φύσιν κατὰ μέρος καὶ μόριον οὔτε μὴν ὅποι χωρεῖ τῶν λυομένων ἕκαστον καὶ ποῖον τοῦ στοιχείου μέρος δέδεκται τὸ λυθὲν καὶ χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενές, κἂν πάνυ παρ' ἀνθρώποις ἀδιάκριτον εἶναι δοκῇ τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον.* Min. Fel. 34,10 tu perire et deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur? corpus omne sive arescit in pulverem sive in umorem solvitur vel in cinerem comprimitur vel in nidore tenuatur, subducitur nobis, sed deo elementorum custodia reservatur.

5 de carn. res. 12 (41, 21 K) operibus eam (resurrectionem) praescripsit deus ante quam litteris, viribus praedicavit ante quam vocibus. praemisit tibi naturam magistram, summissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiae discipulus naturae. 38 (81, 1 K) at ego deum malo decipere non posse, de fallacia solummodo infirmum, ne aliter documenta praemisisse quam rem disposuisse videatur, immo ne, si exemplum resurrectionis sine carne non valuit inducere, multo magis plenitudinem exempli exhibere non possit.

7 Lucr. 1, 520 tum porro si nil esset quod inane vocaret, Omne foret solidum; nisi contra corpora certa Essent quae loca complerent quaecumque tenerent, Omne quod est spatium vacuum constaret inane.

13 cave ne Oehler et Waltzing secutus limitem medium interpreteris spatium esse mille annorum.

14 de carn. res. 5 (31, 26 K) praeterit habitus huius mundi (1. Cor. 7, 31); cf. apoc. 21, 1.

15 cf. 16, 4 velo obpanso; de an. 41 (369, 3 RW) proinde cum ad finem pervenit, reformata per secundam nativitatem ex aqua et superna virtute detracto corruptionis pristinae aulaeo totam lucem suam conspicit (anima).

16 de test. an. 4 (138, 11 RW) adfirmamus te manere post vitae dispunctionem et expectare diem iudicii proque meritis aut cruciatui destinari aut refrigerio

meruit, et exinde pendendum in inmensam aeternitas perpetuitatem. 13 Ideoque nec mors iam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui nunc, nec alii post, dei quidem cultores apud deum semper, superinduti substantia propria aeternitatis; profani vero et qui non integre ad deum, in poena aeque iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius, divina scilicet, subministrationem inconruptibilitatis.

14 Noverunt et philosophi diversitatem arcani et publici ignis. Ita longe alius est, qui usui humano, alius qui iudicio dei adparet, sive de caelo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructuans; non enim absumit quod exurit, sed dum erogat, reparat. 15 Adeo manent montes semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo iam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis aeterni,

---

1 dependendum DG in *om.* DEG 2 nec rursus *om.* F *Wal. Col.* 3 semper *om.* F 5 poenam F 6 divina F *Wal.* divinam V *Rau.* divina scilicet *incl. Col.* subministratione F 7 ignis qui F 9 eructuans F eructans V 12 et *om.* F *Wal.*

---

utroque sempiterno; quibus sustinendis necessario tibi substantiam pristinam eiusdemque hominis materiam et memoriam reversuram, quod et nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis facultate.

3 cf. Paul. ad Cor. 1, 15, 53; 2, 5, 2.

2 sqq. Lact. div. inst. 7, 21, 3 quia peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induentur, ut in corporibus piaculum solvant: et tamen non erit caro illa, quam deus homini superiecerit, huic terrenae similis, sed insolubilis ac permanens in aeternum, ut sufficere possit cruciatibus et igni sempiterno, cuius natura diversa est ab hoc nostro, quo ad vitae necessaria utimur, qui nisi alicuius materiae fomite alatur, extinguitur. at ille divinus per se ipsum semper vivit ac viget . . . idem igitur divinus ignis una eademque vi ac potentia et cremabit inpios et recreabit et quantum e corporibus absumet, tantum reponet ac sibi ipse aeternum pabulum subministrabit.

8 sqq. Min. Fel. 35, 3 nec tormentis aut modus ullus aut terminus. illic sapiens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit. sicut ignes fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis et Vesuvi montis et ardentium ubique terrarum flagrant nec erogantur, ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Cic. de nat. d. 2, 15, 41 hic noster ignis, quem usus vitae requirit, confector est et consumptor omnium idemque quocumque invasit cuncta disturbat ac dissipat; contra ille corporeus vitalis et salutaris omnia conservat alit auget sustinet sensuque adficit. Clem. Alex. Strom. 7, 6, 44, 4 *φάμεν δ' ἡμεῖς ἁγιάζειν τὸ πῦρ οὐ τὰ κρέα, ἀλλὰ τὰς ἁμαρτωλοὺς ψυχάς, πῦρ οὐ τὸ παμφάγον καὶ βάναυσον, ἀλλὰ τὸ φρόνιμον λέγοντες, τὸ διικνούμενον διὰ ψυχῆς* (Hebr. 4, 12) *τῆς διερχομένης τὸ πῦρ.*

11 Festus s. v. occisum: homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet. Plin. n. h. 2, 54, 145 unum animal, hominem, non semper extinguit (fulmen), cetera illico . . . hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradit.

12 sqq. de paenit. 12 (I 663 Oehl.) quid illum thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam nullae extent aut idem sibi de die sperent? dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus fetu, et quod nobis iudicii perpetuitatem probet, cum dissiliant, cum devorentur, numquam tamen finiuntur. quis haec supplicia interim montium non iudicii minantis exemplaria deputabit? quis scintillas tales non magni alicuius et inaestimabilis foci missilia quaedam et exercitoria iacula consentiet?

hoc exemplum iugis iudicii poenam nutrientis. Montes uruntur et durant: quid nocentes et dei hostes?

XLIX. Haec sunt, quae in nobis solis praesumptiones vocantur, in philosophis et poëtis summae scientiae et insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti; illi honorandi, nos inridendi, immo eo amplius et puniendi. 2 Falsa nunc sint quae tuemur et merito praesumptio, attamen necessaria; inepta, attamen utilia; siquidem meliores fieri coguntur qui eis credunt, metu aeterni supplicii et spe aeterni refrigerii. Itaque non expedit, falsa dici nec inepta haberi, quae expedit vera praesumi. Nullo titulo damnari licet omnino quae prosunt. 3 In vobis itaque praesumptio est haec ipsa, quae damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt: certe etsi falsa et inepta, nulli noxia. Nam et multis aliis similia, quibus nullas poenas inrogatis, vanis et fabulosis, inaccusatis et inpunitis ut innoxiis. 4 Atque in eiusmodi enim, si utique, inrisui iudicandum est, non gladiis et ignibus et crucibus et bestiis; de qua iniquitate saevitiae non modo caecum hoc vulgus

1 nutrientes PDGL 3 hac PBL 4 et in poetis PE 6 tuemur *edd.* tuentur V 10 proinde nullo F *Wal.* quae prosunt omnino D *edd.* 13 vanis et fabulosis V in eiusmodi F *ex lin. 14* 14 accusatis F noxiis F atque *Löfst. I 120* aeque F sed V in eiusmodi *om.* F 15 inrisum F in risu L irrisioni DG *edd.*

3 de test. an. 4 (138, 18 RW) ea opinio christiana etsi honestior multo Pythagorica, . . . tamen propter suum nomen soli vanitati et stupori et, ut dicitur, praesumptioni deputatur.

5 cf. c. 4, 2. Theoph. ad Autol. 3, 4 *μωρίαν δὲ εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν φάσιν.* Min. Fel. 12, 7 satis est pro pedibus aspicere, maxime indoctis inpolitis rudibus agrestibus. Arnob. 1, 28 (18, 16 R) et illi cati sapientes prudentissimi vobis videntur . . . nos hebetes stolidi fatui obtunsi pronuntiamur et bruti. 2, 13 o isti, qui admiramini, qui stupetis doctorum et philosophiae scita, ita non iniustissimum ducitis inequitare, inludere tamquam stulta nobis et bruta dicentibus. Lact. div. inst. 4, 13, 14 cur igitur vulgo pro stultis et vanis et ineptis habemur?

6 adv. Marc. 6, 9 (601, 17 K) utique adversus illos tuetur (apostolus) quod illi negabant, carnis scilicet resurrectionem.

12 Justin. apol. 1, 8, 5 *εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις, πρὸς ἡμᾶς ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἀλλ᾽ οὐ πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.* 1, 68, 1 *εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ᾽ ἐχθρῶν κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε. προλέγομεν γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὴν ἐσομένην τοῦ θεοῦ κρίσιν.* Athenag. suppl. 36 *εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστῆναι πάλιν, κακίας μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας, ἀλλ᾽ εὐηθείας· οἷς γὰρ ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς λόγοις ἀδικοῦμεν οὐδένα.* Arnob. 1, 65 (46, 9 R) non placent ea quae dicit et cum offensionibus audiuntur a vobis: pro ludicris ea vaticinationibus computate. stolidissimas res loquitur et fatua dona promittit: ridete ut sapientes vos viri et in suis erroribus fatuitatem relinquite volutari. quaenam est haec feritas, ut repetamus quae dicta sunt saepius, quae libido tam carnifex, inexpiabile bellum indicere nihil de te merito, dilacerare si detur eum velle per viscera, qui non modo nullum intulerit malum ulli sed aequaliter benignus hostibus diceret? 2, 53 sed stulte istud credimus. quid ad vos, ineptissime, fatue? ubi vobis nocemus vel quam vobis facimus aut inrogamus iniuriam, si omnipotentem confidimus deum habiturum esse rationem nostri, cum abire a corporibus coeperimus et ab Orci faucibus quemadmodum dicitur vindicari?

15 Scorp. 10 (166, 15 RW) neque enim si vita vitiata est, ut despectui iudicata despectis comparetur.

exsultat et insultat, sed et quidam vestrum, quibus favor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur, quasi non totum, quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium. 5 Certe, si velim, christianus sum. Tunc ergo me damnabis, si damnari velim. Cum vero quod in me potes, nisi velim, non possis, iam meae voluntatis est quod potes, non tuae potestatis. Proinde et vulgus vane de nostra vexatione gaudet. 6 Proinde enim nostrum est gaudium, quod sibi vindicat, qui malumus damnari quam a deo excidere. Contra illi, qui nos oderunt, dolere, non gaudere debebant, consecutis nobis quod elegimus.

L. 'Ergo', inquitis, 'cur querimini, quod vos insequamur, si pati vultis, cum diligere debeatis, per quos patimini quod vultis?' Plane volumus, verum eo more, quo et bellum. Nemo quidem libens patitur, cum et trepidare et periclitari sit necesse. 2 Tamen et proeliatur omnibus viribus, et vincens in proelio gaudet qui de proelio querebatur, quia et gloriam consequitur et praedam. Proelium est nobis, quod provocamur ad tribunalia, ut illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem, pro quo certaveris, obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi deo et praedam vivendi in aeternum.

3 Sed obducimur. Certe cum obtinuimus. Ergo vincimus, cum occidimur, denique evadimus, cum obducimur. Licet nunc sarmentarios et semiaxios adpelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmen-

2 captatus PBL 5 possis *scripsi* posses F potes V *ex lin. antecedente* 6 vana DG 7 maluimus EL malunt DG 12 volumus F volumus pati V bellum F *Wal. Col.* bellum miles V quidem] quippe DG *edd.* 19 occidimur F certo F vincimus F vicimus V 20 et sarmentarios F *Wal. Col.* sarmenticios V 21 semiaxios F semaxios PBG semassios D semarios EL

2 sqq. ad Scap. 1 (I 539 Oehl.) nos quidem neque expavescimus neque pertimescimus ea quae ab ignorantibus patimur, cum ad hanc sectam utique suscepta condicione eius pacti venerimus, ut etiam animas nostras auctorati in has pugnas accedamus, ea quae deus repromittit consequi optantes et ea quae diversae vitae comminatur pati timentes. denique cum omni saevitia vestra concertamus etiam ultro erumpentes, magisque damnati quam absoluti gaudemus.

4 sq. Min. Fel. 37, 4 et quot ex nostris non dextram solum, sed totum corpus uri cremari sine ullis eiulatibus pertulerunt, cum dimitti praesertim haberent in sua potestate . . . nec intellegitis, o miseri, neminem esse, qui aut sine ratione velit poenam obire aut tormenta sine deo possit sustinere.

8 de spect. 8 (10, 17 RW) non tamen quod in saeculo sumus, a deo excidimus, sed si quid de saeculi criminibus attigerimus. 26 (26, 2 RW) quo utique et alia documenta cesserunt de his qui cum diabolo apud spectacula communicando a domino exciderunt.

12 sq. ad mart. 3 (I 9 Oehl.) vocati sumus ad militiam dei vivi iam tunc, cum in sacramenti verba respondemus. nemo miles ad bellum cum deliciis venit nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis . . . etiam in pace laborare et incommodis bellum pati iam ediscunt. Min. Fel. 29, 6 cruces etiam nec volumus nec optamus.

17 cf. c. 1, 13; Min. Fel. 37, 1 vicit enim qui, quod contendit, obtinuit.

19 obducimur: convincimur cf. c. 46, 2; obtinuimus: scl. causam.

Euseb. h. e. 4, 13, 3 ὅθεν καὶ νικῶσι προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχάς.

21 de pud. 22 (271, 23 RW) puta nunc sub gladio iam capiti librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leoni concesso, puta in axe

torum ambitu exurimur, hic est habitus victoriae nostrae, haec palmata vestis, tali curru triumphamus. 4 Merito itaque victis non placemus, merito desperati et perditi existimamur. Sed haec desperatio et perditio penes vos in causa gloriae et famae vexillum virtutis extollunt.

1 exurimus PBL 2 merito F *Wal. Col.* propterea enim V 4 et perditio] atque perd. PEL causam F

---

iam incendio adstructo, in ipsa dico securitate et possessione martyrii, quis permittit homini donare quae deo reservanda sunt? Sueton. Nero 29 quasi genus lusus excogitaret, quo ferae pelle contectus emitteretur e cavea virorumque ac feminarum ad stipitem deligatorum inguina invaderet. Prudent. perist. 6, 103 nexus denique, qui manus retrorsus In tergum revocaverant revinctas, Intacta cute decidunt adusti. Euseb. h. e. 4, 15, 31 (martyr. Polycarpi) *εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσηλοῦν αὐτὸν εἶπεν· ἄφετέ με οὕτως . . . οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν, προσέδησαν δὲ αὐτόν.*

1 sq. Festus s. v. picta: picta quae nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura . . . tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur. Sueton. Claud. 17, 3 secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus et in praetexta, M. Crassus Frugi equo phalerato et in veste palmata, quod eum honorem iteraverat.

2 sq. Lact. div. inst. 5, 9, 12 qui autem magni aestimaverint fidem cultoresque se dei non abnegaverint, in eos vero totis carnificinae suae viribus, veluti sanguinem sitiant, incumbunt et desperatos vocant, quia corpori suo minime parcunt.

3 sq. ad nat. 1, 18 (90, 1 RW) at enim haec omnia apud priores maioresque vestros non contemni modo, sed etiam magna laude pensari a virtute didicerunt . . . (90, 10) sed vestris ista ad gloriam, nostris ad duritiam deputatis. ad mart. 4 (I 11 Oehl.) timebit forsitan caro gladium gravem et crucem excelsam . . ., sed spiritus contraponat sibi et carni acerba licet ista, a multis tamen aequo animo accepta, immo et ultro appetita, famae et gloriae causa.

4 sqq. ad nat. 1, 18 (90, 4 RW) crucis vero novitatem numerosae, abstrusae, Regulus vester libenter dedicavit; regina Aegypti bestiis suis usa est, ignes post Carthaginensem feminam Asdrubale marito in extremis patriae constantiorem docuerat invadere ipsa Dido. sed et tormenta mulier Attica fatigavit tyranno negans, postremo, ne cederet corpus et sexus, linguam suam pastam expuit, totum eradicatae confessionis ministerium. ad mart. 4 (I 11 Oehl.) longum est, si enumerem singulos, qui se gladio confecerint animo suo ducti . . . Mucius manum suam dexteram in ara cremavit, ut hoc factum eius fama haberet; minus fecerunt philosophi. Heraclitus, qui se bubulo stercore oblitum exussit, item Empedocles, qui in ignes Aetnaei montis desilivit, et Peregrinus, qui non olim se rogo immisit, cum feminae quoque contempserint ignes Dido, cum post virum dilectissimum nubere cogeretur, item Asdrubalis uxor, quae iam ardente Carthagine, ne maritum suum supplicem Scipionis videret, cum filiis suis in incendium patriae devolavit. Regulus, dux Romanorum, captus a Carthaginiensibus, cum se unum pro multis captivis Carthaginiensibus compensari noluisset, maluit hostibus reddi et in arcae genus stipatus undique extrinsecus clavis transfixus tot cruces sensit. bestias femina libens appetiit, et undique horridiores aspides serpentes tauro vel urso, quas Cleopatra immisit sibi, ne in manus inimici perveniret. sed mortis metus non tantus est, quantus tormentorum. itaque cessit carnifici meretrix Atheniensis, quae conscia coniurationis cum propterea torqueretur a tyranno, et non prodidit coniuratos et novissime linguam suam commestam in faciem tyranni expuit, ut nihil agere in se sciret tormenta, etsi ultra perseverarent. Min. Fel. 37, 3 vos ipsi calamitosos viros fertis ad caelum: Mucium Scaevolam, qui, cum errasset in regem, perisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset . . . viros cum Mucio vel cum Aquilio aut Regulo comparo?

5 Mucius dexteram suam libens in ara reliquit: o sublimitas animi! Empedocles totum sese Aetnaeis incendiis donat: o vigor mentis! Aliqua Carthaginis conditrix rogo secundum matrimonium evadit: o praeconium castitatis et pudicitiae! 6 Regulus ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur: o virum fortem etiam in captivitate victorem! Anaxarchus cum in exemplum ptisanae pilo contunderetur: 'Tunde, tunde', aiebat, 'Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis': o philosophi magnanimitatem, qui de tali exitu suo etiam iocabatur! 7 Omitto eos, qui cum gladio proprio vel alio genere mortis mitiore de laude pepigerunt. Ecce enim et tormen-

---

2 sese F sese (esse EL) Atheniensium PDEGL sese Attinensium B sese Cataniensium *Oehl. Rau.* Atheneis P¹BDL donat F donavit V 3 secundum FE se secundum V *edd.* evadit F dedit V 4 et pudicitiae F *om.* V 5 truces PBL etiam F et V 6 exemplum F exitum V exitu BL exitium *edd.* ptisanae D *edd.* ptissanae F tissanae PBEG 9 eos *om.* DE vel alio] aliove D *edd.*

---

1 Liv. 2, 13; Flor. 1, 10; Val. Max. 3, 3, 1 (Mucius) cum a Porsenna rege Etruscorum urbem nostram gravi ac diutino bello urgueri aegre ferret, castra eius clam ferro cinctus intravit immolantemque ante altaria conatus occidere est. ceterum . . . oppressus nec causam adventus texit et tormenta quantopere contemneret mira patientia ostendit: perosus enim, credo, dexteram suam, quod eius ministerio in caede regis uti nequisset, iniectam foculo exuri passus est. Lact. div. inst. 5, 13, 13.

2 La. Diog. 8, 2, 11 *περὶ δὲ τοῦ θανάτου αὐτοῦ (᾿Εμπεδοκλέους) διάφορός ἐστιν ὁ λόγος . . . Ἱππόβοτος δέ φησιν ἐξαναστάντα αὐτὸν ὡδευκέναι ὡς ἐπὶ τὴν Αἴτνην, εἶτα παραγενόμενον ἐπὶ τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐναλέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι, βουλόμενον τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην βεβαιῶσαι, ὅτι γεγόνοι θεός.* Hor. ars poet. 463.

3 de exhort. cast. 13 (I 756 Oehl.) aliqua Dido, quae profuga in alieno solo, ubi nuptias regis (Jarbae Mauritorum) ultro optasse debuerat, ne tamen secundas experiretur, maluit et contrario uri quam nubere. de monog. 16 (I 787 Oehl.) Justin. 18, 4 sqq.

4 de pudic. 10 (240, 1 RW) age tu funambule pudicitiae et castitatis et omnis circa sexum sanctitatis.

4 sq. de test. an. 4 (140, 1 RW); Cic. off. 3, 26, 99 sq. M. Atilius Regulus cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset duce Xanthippo Lacedaemonio, imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, iuratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Poenis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem . . . in senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret, recusavit, quam diu iure iurando hostium teneretur, non esse senatorem. atque illud etiam . . . reddi captivos negavit esse utile; illos enim adulescentes esse et bonos duces, se iam confectum senectute. cuius cum valuisset auctoritas, captivi retenti sunt, ipse Carthaginem rediit. . . neque vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci, sed ius iurandum conservandum putabat. itaque tum, cum vigilando necabatur . . . Val. Max. 2, 9, 8; Lact. div. inst. 5,13, 13; Aug. civ. d. 1, 13; 3, 18.

6 sq. La. Diog. 9, 10, 2 *(Νικοκρέων ὁ Κύπρου τύραννος) συλλαβὼν αὐτὸν (᾿Ανάξαρχον) καὶ εἰς ὅλμον βαλὼν ἐκέλευσε σιδηροῖς ὑπέροις τύπτεσθαι. τὸν δ᾿ οὐ φροντίσαντα τῆς τιμωρίας εἰπεῖν ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον· πτίσσε, πτίσσε τὸν ᾿Αναξάρχου θύλακον, ᾿Ανάξαρχον δ᾿ οὐ πτίσσεις. κελεύσαντος δὲ τοῦ Νικοκρέοντος καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐκτμηθῆναι, λόγος ἀποτραγόντα προσπτύσαι αὐτῷ.* Cic. Tusc. 2, 22, 52; Val. Max. 3, 3 ext. 4

10 ad nat. 1, 18 (90, 25, 6 RW) si crucem . . . nullus adhuc ex vobis Regulus pepigit.

torum certamina coronantur a vobis. 8 Attica quaedam meretrix carnifice iam fatigato postremo linguam suam comesam in faciem tyranni saevientis exspuit, ut expelleret et vocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. 9 Zeno Eleates consultus a Dionysio, quidnam philosophia praestaret, cum respondisset 'inpassibilem fieri', flagellis tyranni obiectus sententiam suam ad mortem usque signabat. Certe Laconum flagella sub oculis etiam hortantium

---

1 quaedam F *om.* V *cf. Lact. div. inst. 1, 20, 3 (72, 13 B)* 3 exspuit DG *edd.* expellit PBEL expelleret F exspueret V 4 si etiam V etiamsi F *Wal. Col.* cleates PBEGL 5 impassibilem fieri F *Wal. Col.* contemptum mortis impassibilis V *Rau. sed non quadrat ad lin. 6* ad mortem usque 6 abiectus BL subiectus F *Wal. Col.*

---

1 sqq. Pausan. 1, 23, 1 sq.; Plin. n. h. 7, 23 patientia corporis . . . innumera documenta peperit, clarissimum in feminis Leaenae meretricis, quae torta non indicavit Harmodium et Aristogitonem tyrannicidas, in viris Anaxarchi, qui, simili de causa torqueretur, praerosam dentibus linguam unamque spem indicii in tyranni os expuit. 34, 19, 72 Amphicratis Leaena laudatur scortum. haec lyrae cantu familiaris Harmodio et Aristogitoni consilia eorum de tyrannicidio usque in mortem excruciata a tyrannis non prodidit, quamobrem Athenienses, et honorem habere ei volentes nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere atque, ut intellegeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Lact. div. inst. 1, 20, 3 apud quos meretrix quaedam nomine Leaena cum tyrannum occidisset . . .

4 sqq. La. Diog. 9, 5, 5 *καθελεῖν δὲ θελήσας (Ζήνων 'Ελεάτης) Νέαρχον τὸν τύραννον — οἱ δὲ Διομέδοντα — συνελήφθη . . . ὅτε καὶ ἐξεταζόμενος τοὺς συνειδότας καὶ περὶ τῶν ὅπλων ὧν ἦγεν εἰς Λιπάραν, πάντας ἐμήνυσεν αὐτοῦ τοὺς φίλους βουλόμενος αὐτὸν ἔρημον καταστῆσαι· εἶτα περί τινων εἰπεῖν ἔχειν αὐτῷ πρὸς τὸ οὖς ἔλεγε καὶ κύψαντος δακὼν τὸ ὠτίον οὐκ ἀνῆκεν ἕως ἀπεκεντήθη.* Eadem de Zenone et Nearcho narrat Diod. Sic. 10, 18; Plut. adv. Colot. 32 p. 1125 D (de stoic. repugn. p. 1051 C) *Ζήνων τοίνυν ὁ Παρμενίδου γνώριμος ἐπιθέμενος Δημύλῳ τῷ τυράννῳ καὶ δυστυχήσας λόγον ὥσπερ χρυσὸν ἀκήρατον καὶ δόκιμον παρέσχε καὶ ἀπέδειξεν ἔργοις, ὅτι τὸ αἰσχρὸν ἀνδρὶ μεγάλῳ φοβερόν ἐστιν, . . . τὴν γὰρ γλῶτταν αὐτοῦ διατραγὼν τῷ τυράννῳ προσέπτυσεν.* Val. Max. 3, 3 ext. 2 incipiam autem a Zenone Eleate . . . Agrigentum miserabili servitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus, ut speraverit et tyranno et Phalari vaesanae mentis feritatem a se deripi posse . . . nobilissimos eius civitatis adulescentes cupiditate liberandae patriae inflammavit. cuius rei cum indicium ad tyrannum manasset, convocato in forum populo torquere eum vario cruciatus genere coepit subinde quaerens quosnam consilii participes haberet. at ille neque eorum quemquam nominavit et proximum quemque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit . . . Clem. Alex. Strom. 4, 8, 56, 1.

5 sq. Cic. Acad. II 40, 130 huic (Zenoni) summum bonum est in his rebus neutram in partem moveri, quae *ἀδιαφορία* ab ipso dicitur. Pyrrho autem ea ne sentire quidem sapientem, quae *ἀπάθεια* nominatur. Lact. div. inst. 7, 20, 8 huic quaestioni sive argumento a Stoicis ita occurritur: animas quidem hominum permanere nec interventu mortis in nihilum resolvi, sed eorum qui iusti fuerint puras et inpatibiles et beatas ad sedem caelestem . . . remeare. 5, 13, 15 philosophi quoque gloriabundi non re, sed verbis inanibus iactant disserentes nihil esse tam congruens viri sapientis gravitati atque constantiae quam nullis terroribus de sententia et proposito posse depelli, sed tanti esse cruciari et emori, ne fidem prodat, ne ab officio discedat, ne metu mortis aut dolore acerbo subactus aliquid faciat iniustum.

7 sq. ad mart. 4 (I 13 Oehl.) nam quod hodie apud Lacedaemonas sollemnitas

propinquorum acerbata tantum honoris tolerantiae domui conferunt, quantum sanguinis fuderint.

10 O gloriam licitam, quia humanam, cui nec praesumptio perdita nec persuasio desperata reputatur in contemptu mortis et atrocitatis omnimodae, cui tantum pro patria, pro agro, pro imperio, pro amicitia pati permissum est, quantum pro deo non licet! 11 Et tamen illis omnibus et statuas defunditis et imagines inscribitis et titulos inciditis in aeternitatem. Quantum de monumentis potestis scilicet, praestatis et ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui veram a deo sperat, si pro deo patiatur, insanus est!

12 Sed hoc agite, boni praesides, meliores multo apud populum, si illis christianos inmolaveritis, cruciate, torquete, damnate, adterite nos; probatio est enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo nos haec pati deus patitur. Nam et proxime ad lenonem damnando christianam potius quam ad leonem, confessi estis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. 13 Nec quicquam tamen proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra; inlecebra est

---

1 honoris F honorem V honor est D 3 humana F 5 omnimodo F pro agro F *om.* V 6 pati *om.* F 7 defunditis V decernitis F scribitis F 14 damnandum F 15 leonem putatis et F 17 profuit D *Rhen. Gel.*

---

maxima est *διαμαστίγωσις*, id est flagellatio, non latet. in quo sacro ante aram nobiles quique adulescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus et propinquis et, uti perseverent, adhortantibus. ornamentum enim et gloria deputabitur maiore quidem titulo, si anima potius cesserit plagis quam corpus. ad nat. 1, 18 (91, 5 RW). Pausan. 3, 16, 7. Cic. Tusc. 2, 14, 34. 15, 36; 5, 27, 77.

7 ad nat. 1, 12 (82, 9 RW) omne simulacrum seu ligno seu lapide desculpitur seu aere defunditur. Scorp. 3 (151, 9 RW) sapiens ignis effigiem vituli defundit. de pat. 5 (9, 20 K) de Aaron deos sibi duces postulat (Israhel), cum in idolum auri sui conlationes defundit.

10 Scorp. 1 (145, 21 RW) nisi quod nec simplicitas ista, sed vanitas, immo dementia pro deo mori.

11 cf. c. 49, 4 Euseb. h. e. 5, 1, 50 (de mart. Lugdunens.) *καὶ γὰρ τὸν Ἄτταλον τῷ ὄχλῳ χαριζόμενος ὁ ἡγεμὼν ἐξέδωκε πάλιν πρὸς θηρία.*

13 sq. Min. Fel. 36, 9 itaque et nobis deus nec non potest subvenire nec despicit, cum sit et omnium rector et amator suorum, sed in adversis unumquemque explorat et examinat, ingenium singulorum periculis pensitat, usque ad extremam mortem voluntatem hominis sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. Senec. de prov. 2, 6; 4, 7.

14 sq. de pud. 1 (221, 10 RW) ut, si quando, eam (christiani nominis disciplinam) in feminis nostris inquinamentis potius carnis quam tormentis punire contendat (saeculum) id volens eripere quod vitae anteponunt. Cypr. de mort. 15 (306, 17 H) excedunt ecce in pace tutae cum gloria sua virgines venientes antichristi minas et corruptelas et lupanaria non timentes. Euseb. h. e. 8, 12, 3 *τό τε πάντων δεινῶν ἀφορητότερον, πορνείας ἀπειλὴν, μηδὲ ἄκροις ὠσὶν ὑπομεῖναι δεῖν ἀκοῦσαι ἑαυτῇ τε καὶ ταῖς κόραις παρακελευσαμένη.* 14, 16 *μυρίαι δ' ἄλλαι πρὸς τῶν κατ' ἔθνος ἀρχόντων πορνείας ἀπειλὴν μηδ' ἀκοῦσαι δεδυνημέναι πᾶν εἶδος βασάνων . . . ὑπέστησαν.* Prudent. perist. 14, 25 (de s. Agnete) hanc in lupanar tradere publicum certum est, ad aram ni caput applicat ac de Minerva iam veniam rogat.

magis sectae. Plures efficimur, quotiens metimur a vobis: semen est sanguis christianorum.

14 Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur, ut Cicero in Tusculanis, ut Seneca in Fortuitis, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut Callinicus; nec tamen tantos inveniunt verba discipulos, quantos christiani factis docendo. 15 Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum, quid intus in re sit? Quis non, ubi requisivit, accedit, ubi accessit, pati exoptat, ut totam dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab eo conpensatione sanguinis sui expediat? 16 Omnia enim huic operi delicta donantur. Inde est, quod ibidem sententiis vestris gratias agimus. Ut est aemulatio divinae rei et humanae, cum damnamur a vobis, a deo absolvimur.

1 etiam plures F *Wal.* efficimus PBL 5 Gallinicus PBEGL 6 ipsa illa F *Wal.*
subscribitur in V APOLLOGYTICVM (APOLOGETICVM G) QVINTI TERTVLLIANI EXPLICIT.

1 Justin. dialog. c. Tryph. 110 *κεφαλοτομούμενοι γὰρ καὶ σταυρούμενοι καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι καὶ δεσμοῖς καὶ πυρὶ καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν, ἀλλ', ὅσῳπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γίνονται.* Epist. ad Diogn. 6 *καὶ χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον.* Lact. div. inst. 5, 13, 10 ita fit ut data divinitus pace et qui fugerunt universi redeant et alius propter miraculum virtutis novus populus accedat. 19, 9 decet eos suscipere defensionem deorum suorum, ne si nostra invaluerint, ut cottidie invalescunt, cum delubris ac ludibriis suis deserantur. et quoniam vi nihil possunt — augetur enim religio dei quanto magis premitur — oratione potius et hortamentis agant.
1 sq. cf. c. 21, 5.
4 sq. in Tusculanis: lib. 1 de contemnenda morte; 2 de tolerando dolore; Seneca: liber ad Gallionem de remediis fortuitorum; Diogenes: *περὶ θανάτου.* Pyrrhon: La. Diog. 9, 11, 102 *αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Πύρρων οὐδὲν ἀπέλιπεν.* Callinicus: rhetor quidam nihil eiusmodi scriptum reliquit (Suidas s. v. *Καλλίνικος*).
6 obstinatio: cf. c. 27, 2. Plin. ep. 10, 96, 3 neque enim dubitabam, qualecumque esset quod faterentur, pervicaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri.
7 sq. Scap. 5 (I 550 Oehl.) et inquirere accenditur, quid sit in causa. Lact. div. inst. 5, 13, 5 cum vero ab ortu solis usque ad occasum lex divina suscepta sit et omnis sexus, omnis aetas et gens et regio unis ac paribus animis deo serviat, eadem sit ubique patientia, idem contemptus mortis, intellegere debuerant aliquid in ea re esse rationis, quod non sine causa usque ad mortem defendatur.
8 Scap. 5 (I 550 Oehl.) ubi cognoverit veritatem, et ipse statim sequitur.
10 Scorp. 6 (I 511O ehl.) sed respice compensationem, cum caro et anima dependitur . . . proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lavacro (scl. sanguinis) vita ipsa deponitur.
11 sq. cf. c. 1, 12; 46, 14.

INDEX NOMINUM.

208
F664

41594

AUTHOR TERTULLIANUS

TITLE Apologeticum

Florilegium Patristicum. Fasc. 6.

DATE DUE	BORROWER'S NAME
	Lozens
	STORAGE - C

41594